satis. Quod cernens hostis antiquus hūani generis viz hoīes etiaʒ fideles ꝛ post sacramentuʒ baptismatis p qđ abluti a pctīs fuerant eē pnos ad pec candū ꝓpter fomitē pcti q̄ in ipis re/ manserat oēm maliciā suam ad temp tandū ꝛ ad decipiendū genus huma/ num extendit ꝛ in tm̄ pualuit stimulā/ do ꝛ instigando ad vitia ꝛ ad ꝯcupiscē cias carnis ꝛ mūdi ꝙ raro est aliquis qui eius laqos euadere valeat. Quis em̄ moderno tp̄e etiā inter fideles qui non est lapsus vel labaꝛ in ꝯsensum vel actū pctī ¶ Sʒ heu ꝓpter morta/ le pctm̄ pdiꝛ puritas ꝛ innocētia bap tismalis ꝛ priuaꝛ hō grā spūssancti ꝛ efficiꝛ iteꝝ filius ire ꝛ p ꝯn̄s incurrit damnationē ꝑpetuam hoc est mortem aīe. Vn̄ ezechiel. viij. Anima que pec cauerit ipa morieꝛ. Et beatus iacob .j.c. Peccatū cū ꝯsūmatū fuerit ipm generat mortē Quid g̃ nunc agere de bet infelix ꝛ miser peccator tot ingra/ tus beneficioꝝ sibi a deo impensoꝝ viz ꝙ creatus fuit ad ymaginē dei. ꝙ fuit redemptus precioso sanguine xp̄i ꝛ ꝙ fuit ablutus in baptismate ab oī fece peccati qui iteꝝ incidit in sordes viti oꝝ se iteruʒ deturpando ꝛ maculando Rebaptisari nō licet qđ g̃. desperabit de venia absit. Benignissimus em̄ ꝯdi/ tor noster ꝯsiderās ꝛ cognoscēs figmē tum nostꝝ eē fragile ad peccandū ꝓvt ipe dt in gen̄. viij. Sensus em̄ hoīs ꝛ cogitatio hūani cordis in malū ꝓna sunt ab adolescētia sua Nolēs etiā su/ um sanguinē q̄ innocenter fusus est p nobis. eē p nobis frustratū ex sua inef/ fabili pietate prouidit nobis de reme/ dio salutari statuens sacrā e quibꝫ pre cipiū est pn̄ia q̄ valet ꝛ post baptismū maculas p peccatū ꝯtractas abluere ꝛ delere ꝛ grām pditā reformare. de hac pietate ꝛ mīa dn̄i Beatus gre. sup illo iob. Nunquid armilla pforabis max illam eius Maxillā dn̄s leuiathā isti us armilla pforat qꝛ ineffabili mīe sue potentia sic malitie antiqui hostis ob/ uiat vt aliqn̄ eos etiā quos iā cepit a/ mittat ꝛ q̄si ab ore illius cadant q̄ post ꝑpetratas culpas ad innocentiā rede ant. Quis aūt hoīm leuiathan istius os euadat vt illicita nulla committat. Quis etiā ore illi⁹ semel raptus max illā eius euaderet si pforata non esset an nō in ore petrū tenuit cū negauit eū an nō in ore dauid tenuit. cū in tātam se luxurie voraginē merſit sʒ dū ad vi/ tam vterqꝫ p pn̄iaʒ redijt leuiathā iste eos aliquo mō quasi p maxille sue fo/ ramē amisit. Sed hinc cognoscimus ad quantū redemptori hūani generis debitores sumus q̄ non solū nos in ore leuiathan ire ꝓhibuit sʒ ab ore etiā re dire ꝯcessit q̄ spem peccatori nō abstu/ lit qꝛ maxillam eius vt euadēdi viam tribueret pformauit. Vbiqꝫ g̃ nobis occurrit superna medicina quia ꝛ de/ dit homini precepta ne peccet ꝛ tamē peccanti dedit remedia penitentie ne desperet. Hec grego. Ecce quomodo misericordia ꝛ pietas domini ex omni pte ꝓuidit de medicina ꝛ remedio pec catoribꝫ etiā post baptisma in peccata corruentibꝫ. Qui vero tam piam me/ dicinam ꝓpter suas iniquas volupta/ tes ꝛ cōcupiscentias ꝛ turpitudines negligit quid aliud q̄ȝ in pditionem perpetue damnationis voluntarie per git. Nullam enim excusationem tem/ pore vindicte ꝛ ire dei pretendere pote rit De hoc beatus gregorius in quadā omelia. sic dicit. non est iam quod ho/ mo excusationis inueniat deus despi/ citur ꝛ expectat contemni se videt ꝛ re uocat iniuriam de contemptu suo sus/ cipit ꝛ quandoqꝫ tamen reuertenti e/ tiam premia promittit ꝛ non solum

qñ ꝗ vꝛ etiam frequenter. imo semꝑ. Unde beatus augus. Velit nolit noua tus hereticus. vere penitentes paratus ē suscipere xp̄s ❡ Considerantes igit̄ tantam pietatem in visceribꝫ dei nostri erubescamus ⁊ timeamus iace-re in prauitatibꝫ nostris. ⁊ ideo non tardemus ꝯuerti ad dñm. nec differa-mus de die in diem. sed quanto citius salubrem pñiam ꝓ nostris reatibꝫ assu-mamus. deponamus veterem hoīem sancte ⁊ religiose viuendo vt gratiaꝫ ⁊ misc̄diam dei inueniamus tp̄e opportu-no in extremis nostris.


Capitulum VII. ℞

Notanduꝫ autē quō accedere debeamus ⁊ gra-tiam inuenire. dñs noster per os sapiē-tis spūsancto instructi edocet dicens verba superius in principio ꝓposita vi-delicet. Fili accedens ad seruitutē dei ⁊c. In quibꝫ verbis dñs noster tanꝗ pr̄ ꝓpissimus vocans nos filios vt nos beniuolos ad obediendū faceret oñdit nobis viam viuendi ⁊ perueniendi ad seipsum. nā in istis breuibꝫ dictis vt infra patebit ꝯsistit tota salus hoīs

Ut aūt materia pñs ꝯgruentius po-nat̄ ſm intentōem scribentis dictātis vel colligentis ⁊ facilius intelligatur quantū ad fructum. si tñ audientis di-cat̄ vel ponat̄. hec autoritas per istum modum. Fili accedens ad seruitutem dei sta in timore ⁊ iusticia ⁊c. In qua autoritate triplex status electoꝝ ꝯpre-henditur. vicꝫ incipientium. ꝓficien-tium ⁊ perfectoꝝ. Status incipientiū siue penitentiū ꝯsistit in tribꝫ. s. in ꝯtri-tione. ꝯfessione ⁊ in satisfactōe. Sta-tus ꝓficientiū etiam in tribꝫ. in vitio-rum detestatōe. virtutū operatōe. ⁊ tē-ptationū perpessione. Status ꝑfecto-rum similiter in tribꝫ. vicꝫ cordis mū-dicia siue puritate. dei caritate ⁊ in cre-atoris omniū ꝯtemplatōne. Primus status notat̄ cum dr̄. Fili accedens ad seruitutē dei Scd̄s cum subiungit̄ sta in timore ⁊ iusticia. ⁊ prepa animam tuam ad temptatōem ⁊ sustine. Terci-us qñ subinfert̄ Comungere deo Sꝫ Et qꝛ ad regnū dei nemo potest perueni-re nisi sit in statu penitentiū. ꝓficienti-um vel perfectoꝝ. ideo pꝫ manifeste vt dictū est ꝙ omnia que necc̄aria sunt ad salutē hoīs in istis breuibꝫ ꝯprehendū-tur vbis Nunc igit̄ ꝓut dñs donaue-rit ꝓcedendū est ad materiā mō assum-ptam declarandā ⁊ exequendā Sꝫ an-teꝗ ꝓcedat̄ ❡ Sciendum est ꝙ colloquia edificatoria ex ore seniorūꝫ ad iuniores prolata magis instruūt ⁊ edificant ꝗ simplex lectio. Qd̄ affir-mat beatus greg. cum dr̄. Collocutōis vox plus ꝗ lectionis sermo corda tor-pentia excitat. Hoc igit̄ attendens in hoc tractatu per modū dyalogi vicꝫ in-terrogantis ⁊ rñdentis ꝓcedere dispo-sui. hoc est patris spūalis rñdentis ⁊ instruentis. filij vero spūalis interro-gantis ⁊ informatōnem recipientis. Pater ergo spūalis filiuꝫ spūalem al-loquit̄ dicens verba preassumpta. Fi-li accedens. Accede inquā primo pro peccatis pñiam agendo. ⁊ sta in timo-re vitia fugiendo. ⁊ iusticia opa virtu-osa faciendo. ⁊ prepa aniam tuam ad temptatōem impugnationibꝫ dyabo-licis resistendo. ⁊ sustine in bona vita ꝑseuerando. Comungere deo ipsi ꝑ ca-ritatē firmam adherendo. Si ista fece-ris gratiam ⁊ gloriam apud dominuꝫ obtinebis. gratiam in presenti. ⁊ glo-riam in futuro. Amen.

Explicit prohemium.

Incipit dyalogus dictus malogranatum cõpilatus a quodam venerabili abbate monasterij Aule regie in Bohemia ordinis cysterciẽ. Et filius loquitur patri.



Erba exhortatiõis ex tuo ore o pater ad me directa aĩme mee multum salubria cordis mei aure libens suscipio. Sed rogo vt illa que mihi breuiter pstrinxisti latius ⁊ manifestius ad interrogationẽ meã p instructione ⁊ edificatione mea velis explanare vt p hoc salubrem aĩe mee doctrinã valeã assequi. Et illa q̃ supius memoratus es possum pfectius adimplere ⁊ a dño grãm in pñti ⁊ gloriam in futuro obtinere Vñ primo peto me informari quõo sit accedendũ ad deuz ⁊ prio vtꝝ accessus ad deũ fiat p grãz dei aut p. libeꝝ arbitriũ siue p volunta tẽ hoĩs. Distinctio I Ca. I

Pater respondit filio.

Cire debes fili ꝙ oĩs salus hoĩs primo hꝫ ortum a grã dei. Vñ iaco.j. Omne datũ optimũ ⁊ oẽ donũ pfectũ desursum est descendens a patre luminũ. Istud donũ pfectũ est grã spũssancti p quã oẽs p ipm a seculo pdestinatos vocat ad salutẽ. Vñ necẽ est spiritui rõnali si debet eẽ dignus eterne beatitudinis ꝙ fiat pticeps influentie spũalis. Ad bonũ eñ grẽ non pt quis p se puenire cũ hoc nõ fit scõm limites nature sed scõm influentiaꝫ largitatis diuine qꝛ homo p ppriam industriã sine grã nec accedere ad deũ nec cogitare nec opari quicquam boni valet Ergo vocatio prima siue accessus ad deũ fit p grãm Hoc testaẜ grego. in.xxxiij.libro mo. sup illo verbo V Et q̃s dedit mihi vt reddaꝫ ei ita dicẽs Nemo quippe vt diuina eũ grã subsequaẜ aliq̃d cõtulit deo nam si nos deũ bene viuendo ⁊ opando puenimus vbi est q̃d ait pphẽta Mia eius preuenit me. Si nr̃a dilectio deũ puenit vbi est q̃d ait iohãnes Non quasi nos dilexerimus deũ sed q̃m ipe prior dilexit nos. Si sine eius munere nostra ṽtute deũ sequamꝰ vbi est q̃d veritas dt Sine me nihil potestis facere Et illud. Nemo potest ad me venire nisi pater meus traxerit euꝫ Si saltem bonoꝝ opm facta ṽtute nostra ppria bene cogitando preuenimus vbi est q̃d rursum p paulũ tam subtiliter dicit vt oĩs de se humane mentis fiducia ab ipa cordis radice succidaẜ cũ ait. Non qꝛ sufficientes sumus cogitare aliquod a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo ẽ. hec gregorius. Sic igitur patet ꝙ conuersio siue accessus ad deum fit primitus p gratiam ipsius dei.

Filius.

Icut audio conuersio siue accessus ad deum fit per gratiã. quid ergo de libero arbitrio. agit ne aliquid aut cooperatur gratie ad hominis salutem.

Capitulum .II. Pater X.

Quāuis per gratiam principaliter fiat acces-
sus ad deū. non tñ per hoc excludit̄ libe
rum arbitriū. q2 ꝯuersio siue accessus
ad deū ⁊ oē opus bonū ⁊ ꝟtuosum per
qđ acquirit̄ salus ꝓcedit a gr̄a ⁊ a libe
ro arbitrio. principalius tñ a gr̄a. Nā
oīps dñs eis quos vult saluos facere ⁊
quos p̄elegit primo donū sue gratie in
fundit. q̄ infusio mouet liberꝫ arbitriū
ad bonū appetendū. Cū vero immissio
nes has salubres liberꝫ arbitriū susce-
pit. ⁊ ad bonū appetendū motū fuerit
statim gr̄a que prius p̄uenit liberꝫ arbi
triū mouēdo subsequit̄ sibi coopando
in his que ptinent ad salutem. Hoc ꝓ
bat btūs greg. xvj. mor. cū dicit. Sup
na pietas prius agit in nobis aliquid
sine nobis vt subseqnte quoqꝫ nr̄o libe
ro arbitrio bonū qđ iā appetimus agat
nobiscū. qđ tñ per impensam gr̄am in
extremo iudicio ita remuneret in no-
bis ac si solū ꝓcessisset ex nobis Quia
em̄ dina bonitas vt innocentes nos fa
ciat p̄uenit Paulus ait. Gr̄a dei sum
id qđ sum. Et q2 eandē gr̄am nostꝫ li
berꝫ arbitriū ꝯsequit̄ adiungit. Et gr̄a
eius in me vacua nō fuit sed abūdanti
us laboraui. Qđ cū se nihil ꝯspiceret.
ait. non aūt ego. Et tñ q2 se esse aliq̄d
cū gr̄a inuenit adiūxit. sed gr̄a dei me
cū. si cū p̄ueniente gr̄a subseqns liberꝫ
arbitriū nō hr̄et. vt ergo sine gr̄a se ni
hil esse oñderet. ait. Nō ego. vt ꝟo se
cū gr̄a esse opatū per liberꝫ arbitriū oñ-
deret. adiungit. sed gr̄a dei mecū Hec
gre. Dicit beatus aug. Nolentē deus
p̄uenit vt velit. subseq̄t̄ ne frustra velit.
A De hoc etiā ait ber. Deus tria hec
hoc est bonū cogitare. a malo decliare
⁊ velle ꝑficere in nobis opat̄. primū si
ne nobis. scđm nobiscū. terciū ꝑ nos
facit Siquidē immittendo bonā cogi
tatōem nos p̄uenit. mutando etiā ma-
lā voluntatē sibi ꝑ ꝯsensum iūgit. mini
strando etiā ꝯsensui facultatē vel facili
tatē foris ꝑ apertū opus nr̄m intra nos
opifex innotescit. Sane ipsi nos p̄ue
nire neq̄qꝫ possumus. Qui āt bonū ne
minē inuenit neminē saluat quē nō p̄
uenit A deo ĝ sine dubio nr̄e sit salutis
exordiū. nec ꝑ nos vtiqꝫ nec nobiscū
verꝫ ꝯsensus ⁊ opus ⁊ si nō ex nobis sit
nō tñ sine nobis Cū igit̄ deū inuisibilr̄
intra nos ac nobiscū actitare sentim⁹
soli gr̄e eius attribuamus Ipsa liberū
excitat cū seīat cogitatū. sanat cū mu
tat affectū. roborat vt ꝑducat ad actū.
ꝑuat vt nō sentiat defectū. hec ber. Pꝫ
ĝ ꝑ predcā quō gr̄a p̄ueniat liberꝫ arbi
triū ⁊ etiā subseq̄tur. nā ipsa gr̄a spūs-
scī bonā volūtatē q̄ ꝓcedit ex libero ar
bitrio primo opat̄ in hoīe vt sit. deinđ
coopat̄ ne vacua sit. B Qđ hugo
pulcris ꝟbis ꝓbat d. Spūs nāqꝫ scūs
bonā voluntatē primo in hoīe opatur.
deinde bone volūtati mouenti se ⁊ ope
ranti coopat̄. prius bonā voluntatem
aspirat vt sit. deiñ bone volūtati mouē
ti se inspirat vt moueatur ⁊ opet̄ vt va
cua ñ sit. primo opat̄ eā. deinde opat̄
per eā. bona em̄ voluntas est instr̄m sed
spūsscūs est artifex. primo instr̄m opa
tur. deinde ꝑ instr̄m opat̄. primo sol⁹
instr̄m opat̄. qđ ꝟo ꝑ instrumentū nō
solus ipse opat̄ sed etiā instr̄m ip̄m ꝑ
qđ ipse opat̄. Sic spūsscūs primo bo
nā voluntatē in hoīe solus opat̄. sed q̄
postea per bonā voluntatē opat̄ non so
lū ipse opat̄ sed etiā voluntas per quā
opat̄. tñ opus bonū ex spūscto est qui
opat̄ non ex volūtate hoīs ꝑ quā opat̄
in ipsa quidē bonū sed non ex ipsa. q2
aliunde accepit. Idem ĝ opus bonū ⁊
suū est in q̄ꝫtum hꝫ. nō suū in q̄ntū a se
metipso nō hꝫ Hec hugo. De hoc eti

am habet in glo. sup. ix. ca. de cele. ie/
rar. vbi dr Sicut in nra prāte non est
vt diuine illuminatōis donū nobis offe
rat ita nō nisi in nra prāte est vt oblatū
suspiciat. Nā ⁊ aliqn̄ ⁊cū nolumus of
fert. sz nūq̄ suscipit nisi cū volumus ⁊
cū volumus a deo volumus qz donū dei
est volūtas bona cū aūt nolumus a no
bis nolumus qz nolle nihil aliud ē q̄
nō velle qd̄ desertio boni est. Hec glo.
C. Per istas autoritates colligere
possumus q̄ opus bonū oē qd̄ p̄ hoīez
agit fit p̄ grām inspirantē ⁊ liberꝝ arbi
triū siue volūtatē ɔsentientē ⁊ reqrunt
hec duo ad salutē vt hoīs salus pficiat
De hoc dt bern̄. in libro de grā ⁊ libero
arbitrio sup illud capituli ad roma.
ix. Nō est volētis neq̄ currentis sz mi
serentis dei Qd̄ igit agit liberꝝ arbitri
um breuiter rn̄o. Tolle liberꝝ arbitriū
nō est qd̄ saluet tolle grām nō ē vn̄ sal/
uet opus hoc sine dubio effici nō pōt
nisi vno a quo fit sine altero cui vel in
quo fit Deus autor salutis est cuius est
liberꝝ arbitriū tm̄ capax nec dare illaz
nisi deus nec cape valet nisi liberꝝ arbi/
triū. Qd̄ g a solo deo ⁊ soli dat liberū
arbitriū tā absq̄ ɔsensu accipiētis eē
nō pt q̄ absq̄ grā dantis ⁊ ita gracie
opanti salutē coopari dr liberꝝ arbitri/
um dū ɔsentit hoc est dū saluat. Con/
sentire em̄ saluari est. pinde pctōris
spūs saltē huiuscemodi minime capit
eo q̄ illi volūtarius desit ɔsensus quo
saluāri viz deo placide obtēpet siue iu
benti acqescendo siue pollicēti creden
do siue reddēti grās agendo. hec bern̄.
De hoc etiā ait qdā glo. sup illo verbo
apocal. iij. Ego sto ad hostiuz ⁊ pulso
Ego sto viz dn̄s ad hostiū viz cordis
hūani ⁊ pulso ad bonum supnaturale
mouēdo Si qs audiret vocē meā mo
nicioni mee ɔsentiēdo ⁊ aperuerit mi/
bi ianuā p̄ conatū liberi arbitrij ad bo
num. introibo ad illū. s. p̄ grām gratū
facientē habitādo in illo cenabo cum
illo ⁊ ipse mecū nā deus in tali hoīe de/
lectat ⁊ ipse in deo. hec glo. D Per
ista igit dicta apparet clare q̄ opus bo
nū fit p̄ hec duo. s. p̄ grām ⁊ liberꝝ arbi/
triū. Quod greg. in. xxxiij. mora. ɔfir
mat dicens Bonū quippe qd̄ agimus
⁊ dei ⁊ nrm̄ Dei p̄ puenientē grām no
strū p̄ obseqn̄s liberū arbitriū. si ei dei
nō est vn̄ ei in eternū gracias agimus
Rursum si nrm̄ nō est vn̄ nobis retri/
bui pmia speram? Quia g nō immeri
to grās agimus dū scimus q̄ eius mu
nere puenim̄ Et rursum qz nō imerito
retributionē qrimus scimus q̄ obse/
qn̄te libero arbitrio bona eligimus q̄
gerimus. hec greg. Notandū tn̄ q̄ li/
cet opa meritoria salutis eterne sint li
beri arbitrij ⁊ grē principalius tn̄ sunt
gracie Gracia em̄ liberꝝ arbitriū diri/
git in exercitio virtutū. p̄ nos em̄ ma
le facere possumus sed nō bonū Quis
quis g boni aliquid in suis actib9 ɔsi/
derat dono gratie id ascribat sed quid
mali in se perpenderit hoc suuz dicere
poterit in bonis vitando arrogantiam
in malis seruando hūilitatis ɔstantiā
que sepe pdit dum mens de virtutib9
p̄ arrogantiam gloriat. Filius.

Efficienter mihi nunc expositū
est quomodo omne opus bonuz
p̄ gratiā ⁊ liberꝝ arbitriū pficiat p̄ gra/
tiam puenientē ⁊ mouentē liberū arbi
trium vero ɔsentiens ⁊ salutis monita
suscipiens ⁊ q̄ in his duob9 salus ho/
minum ɔsistat Sed mouet valde mē
tem meā cū liberꝝ arbitriū sine grā spi/
ritussancti nihil possit operari. C
Cur oīpotens deus qui plenus est oī
pietate ⁊ misericordia suā grām nō in
fundat oīb9 ɔmuniter hoīb9 per quam
cuncti possent saluari.

Ca. III. Pater

Ista que te mo
uent. ꝛ de quibꝫ queris valde
sunt occulta. ꝛ nulli intellectui rōnali
puia Judicia eī dei sunt hec ꝛ valde in
pscrutabilia. de quibꝫ ꝑ ps̄. dr̄. Judi-
cia tua abissus multa. Quis ꝯphende
re pt̄ qre deus cū possꝫ nō vocet oēs ad
viā salutis. Uel qre magis vni pctōri
munus grē largiat̄ ꝙ alteri ipm eligē
do ꝛ vocando ad viā vite hic oꝫ silentiū
imponere humāe loq̄citati ꝛ exclama
re cū aplo paulo qui ꝯsiderās ꝑplm is-
rahelíticū ꝓpter pfidiam ꝓ maiori pte
esse reprobatū ꝛ gentilē ad fidē xpi vo
catū ꝛ electū ait Ro. xj. O altitudo di
uitiaꝝ sapīe ꝛ scīe dei ꝙ incōprehensi
bilia sunt iudicia tua ꝛ inuestigabiles
vie eius. quis em̄ agnoscit sensuꝫ dn̄i.
F Scire tn̄ debes fili ꝙ nihil visibi-
liter ꝛ sensibil'r ꝛ intelligibl'r in ista to
tius creature amplitudine quadā im-
mēsa res q̄ publica fit vel agit̄ q̄ nō de
illa impiali aula sūmi impatoris aut
iubeat̄ aut pmittat̄ sꝫ ieffabilē iusticiā
pmioꝝ atqꝫ penaꝝ grāꝝ atqꝫ retributi
onū. hinc est ꝙ oīa q̄ in vniuerso fiunt
agunt̄ ꝛ regunt̄ dīna ꝓuidentia que ꝑ
oīa est irreprehensibilis. q̄ nihil agit nisi
bn̄. nihil pmittit iniuste. De hoc dt̄ ab
bas pafuntius in coll'. patꝝ Credere in
ꝯcussa fide nobis ꝯuenit nihil sine dn̄o
ꝓrsus in hoc mūdo geri. aut em̄ volūta-
te eius. aut pmissum agi vniuersum fa
tendū est. vt. s. q̄ bona sunt volūtate di
pfici auxilioqꝫ eius credant̄. que autē
ꝯtria sunt pmissum. cū ꝓ nequicia aut
duricia cordis nr̄i deserēs nos dīna ꝓ
tectio diabolo maloꝝ oīm intētori tra
di patit̄ vel ignomīosas corpis passio
nes patit̄ dāṅari. hec pafuntius G
Per hoc igit̄ colligit̄ ꝙ nullo mō pōt
aliqs boni aliquid efficere nisi deo coo
pante ꝛ coefficiēte. nullus deficere pt̄
vel peccare nisi ipso iuste deserēte. iuste
aūt deserit. qꝛ iustuꝫ est vt sic admīsiret
res q̄s ꝯdidit ꝛ sic coopet̄ rebꝫ q̄s cre
auit vt eos agere ꝓprios motus sinat.
ꝛ iō si liberꝝ arbitriū ad vtrūqꝫ ꝟtibile
de lege nature dittat in maluꝫ cadere.
hoc nō pmittit nisi iuste. Rursus si per
grām pueniat ꝛ sustentet nulli fac̄ iniu
riā iō nō iniuste. nec oīno iuste sm exi
gentiā meritoꝝ. qꝛ merita ad hoc non
sufficiūt. sed gratis ꝛ miscditer illd̄ fa
cit ꝛ quodāmō iuste quantū est ex ꝯde-
centia bonitatis sue. Cū ḡ dānat ꝛ re-
ꝓbat opat̄ sm iusticiā. qn̄ vo pdestīat
opat̄ sm grām ꝛ mīam q̄ nō excludit
iusticiā. Quia ṽo oēs sm ꝙ de massa
erant pditōis dānari debant. iō plēs
reprobant̄ ꝙ eligant̄ ut ōndatur ꝙ sal
uatio est sm spālem grām. dānatio āt
sm iusticiā ꝯēm. Nullus pt̄ ꝯqueri de
dīna voluntate q̄ reprobat sm iusticiā
ꝛ pdestīatos vocat ꝑ grām ꝛ mīam ad
salutē. qꝛ oīa agit rectissime. H
Que tn̄ pdestinatio n̄ infert rebꝫ ncci
tatē. qm̄ si pdestinatio rebꝫ nccitatem
imponeret mlt'a seq̄rent̄ incōueniētia
nā frustra preponerent̄ bonis pmia. ꝛ
malis supplicia. Itē iniuste remunera
rent̄ boni ꝛ punirent̄ mali. Itē nec spe
randi aliquid nec supplicandi vlla eēt
rō. Itē euacuaret̄ libertas arbitrij q̄ se
hꝫ ad vtrūqꝫ. Itē nec bona facientes
essent laudabiles. nec mala vitupabi
les. Un̄ deus cū reformat hoīem in
fundendo grām ꝑ hoc leges nature in-
ditas nō infirmat. qꝛ liberꝝ arbitriū sic
ꝑ grām mouet ad viā salutis. vt tn̄ ip
sum nō cogat. sꝫ eius ꝯsensus liber ma
neat. Et iō ad hoc ꝙ culpa expellat̄ nō
solū nccē est ꝙ grā introducat̄. verꝝ eti
am liberꝝ arbitriū se ꝯformet expulsio
ni culpe ꝑ detestatōꝫ oīm pctōꝝ. Hinc
est ꝙ in nostra productione iustifica-
tionis concurrit actus liberi arbitrij ꝛ

gratie cōsone ⁊ ordinate ita ꝙ grē gratis date est excitare liberꝝ arbitriū Liberi aūt arbitrij est hmōi excicatōi ꝯsentire vel dissentire I Et ita in iustificatōe ꝯsenciētis est ad grām gratū facientē se p̄pare q₂ hoc est facere qd̓ in se est ⁊ disposito grā gratū faciēs h₃ infundi cū liberū arbitriū possit coopari si vult ⁊ tūc merer̄ vel ꝯtrariari p pctm̄ ⁊ tūc demerer̄ Si ḡ cooper̄ ⁊ vsq₃ in finē pseueret merer̄ venire ad eternā salutē R Ex hoc colligere possumus verꝝ esse qd̓ Aug. ait. ꝙ qui creauit te sine te. nō iustificabit te sine te. Uerum etiā est ꝙ nō est volētis neq₃ currētis s₃ dei miserētis. verꝝ etiā est ꝙ nullus p̄t supbire de merito q₂ nil deus in nobis p̄ter sua dona coronat. reseruauit em̄ deus sibi munera grē sue liberaliter largiendo vt discat hō nō eē ingratus nec in se q̄si nō accepit s₃ in dn̄o gl̓ari. Uerꝝ etiā est ꝙ liberꝝ arbitriū p se legē implere non posset nec grām in se efficere Inexcusabile tn̄ ē si nō facit legē implēs q₂ grā gratis data semp ē presto ad ꝯsecratōem liberi arbitrij cuius amminiculo p̄t facere qd̓ in se est quo facto habeat grām gratū facientē qua obtenta dinā ipleat legē ⁊ faciat volūtatē qua facta tandē ad btitudinē perueniat sempiternā ꝓpter qd̓ opa meritoria totaliter sunt a gratia total̓r etiā a libero arbitrio l₃ principalius a grā L Et nota ꝙ licet nēo sibi merear̄ p primā grām. hoc est p grām p̄uenientē p̄t tn̄ preparare ⁊ habilitare se ad illā faciendo qd̓ in se est q₂ nulli grā denegatur. Hec ꝯgruitas tn̄ multomagis ex pte bonitatis dei grām ꝯferētis est q̄₃ ex pte hoīs se ad grām habilitantis q₂ ipa habilitatio ex pte hoīs solū dat diuine mīe ꝙ salua iusticia possit alicui grā ꝯferri q₂ iniuria fieret dine iusticie si ei darer̄ grā in quo esset adhuc obex gratie M Qui obex triplex ē ⁊ dr̄ p eū cor obdurari tripliciter Uno mō p inhabilitatē ad suscipiendā grām ⁊ fit p malā volūtatē q₂ ī maliuolā aīa₃ q̄ vult malū ⁊ nō vult flecti ad bonū ꝑut dr̄ sapiēs non introibit sapientia. i. grā dei. Scd̓o p firmā inhesionem ad pctm̄ ⁊ hoc fit qn̄ hō ē in actu pctī ⁊ tm̄ sibi placet iniquitas ⁊ adheret voluptati carnis ⁊ mūdi ꝙ non p̄t nec vult suscipe monita salutis. Tercio mō p rebellionē dinaꝝ inspirationū ⁊ mandatoꝝ qd̓ fit p malū vsum ⁊ ꝯsuetudinē pctōꝝ q₂ talis ꝯsuetudo q̄ ꝯtrahir̄ p desideria carnaliū voluptatū ⁊ etia₃ mūdi excecāt mentē hoīs intm̄ ꝙ diuinas inspiratiōes ⁊ salubria monita ad cor p̄uenire nō patianr̄ vn̄ necē est qui se senserit in hmōi laq̄is irretitū ⁊ voluerit saluari vt mortē suā ⁊ dānatiō₃ ppetuā pre oculis hēat ꝯtra vitia ꝯcta ⁊ p ꝯsuetudinē puersam vim sibi faciat ⁊ cor suū toto conamine ad grā₃ suscipienda₃ abilitet vt a deo grām ⁊ mīam ꝯsequi merear̄ N Sufficiens aūt habilitatio ad grām est si hō facit qd̓ in se ē. O Facere aūt qd̓ in se est tria ꝯplectir̄. s. vt hō actū pctī ⁊ voluntatē peccādi deserat ⁊ coner̄ ad bonū ꝓut sibi possibile ē igir̄ si hō fecerit qd̓ in se ē ds̓ vtiq₃ faciet qd̓ in se ē grā gratū facientē infundēdo ⁊ tūc poterit hō facere opa meritoria vite eterne p volūtatē liberi arbitrij ⁊ grā₃ spūs sancti. hec em̄ duo exigunr̄ ad salute₃ P Quid aūt sit vel possit eē in hoīe p̄paratoriū ad grā₃ ⁊ vn̄ sit illud in hoīe difficile est videre q₂ vider̄ ꝙ nec illud possit esse nisi a grā. q₂ aug. in libro de grā ⁊ libero arbitrio dr̄ ꝙ gratia preuenit non solū voluntatē s₃ etiā cogitatōnem hoīs vt velit bonu₃. i. vt de nolente fiat volens ⁊ vt de voluntate parua fiat magna ⁊ de magna fiat tanta que

possit implere dīna mandata. Ex quo dicto videt̄ q̄ non solū voluntas tanta q̄ȝta sufficit ad implenda mandata fit a gr̄a. sed etiā prima cogitatio ⁊ volun tas boni ꝓpositi nō fit nisi a gr̄a. Unde dr̄ ibidem q̄ desideriū gr̄e initium est gr̄e. vnde si prima cogitatio ⁊ volūtas boni ꝓpositi est a gr̄a. non bene videtur quid sit vel possit esse absq̄ȝ prima cogi tatōe ⁊ volūtate preparatoriū ad grām. ꝓterea dr̄ q̄ in iustificatōe gr̄a sit pri mū mouens ⁊ liberꝝ arbitriū ꝯsentiēs mouēti. s. gratie. ergo videt̄ q̄ gr̄a pre cedet oēm ꝯsensum liberi arbitrij. Pȝ ergo manifeste ꝑ predicta quare oīps deus non saluat oēs hoīes eis gratiaȝ infundendo. q̄ȝ res q̄s ꝯdidit siue sint ratōnales siue irratōnales ꝓprios mo tus agere sinit Et creature ratōnali. i. hoī liberꝝ arbitriuȝ habere ꝯcessit ꝑ qd̄ bonas inspiratōes ⁊ salubres aut ad mittere aut respuere posset. ⁊ ꝑꝯñs re cipiēdo monita salutis saluaret̄. respu endo ꝟo damnaret̄ Q Uñ q̄ ds̄ multos ꝑmittit dānari ⁊ aliquos sal uat occultissimo suo iudicio hoc fit. ⁊ nobis valde incognitū est. Nullus q̄p pe causari vel ꝯqueri p̄t si non vocet̄ vel trahat̄ ad viā salutis. q̄ȝ nulla merita hoīm p̄cesserunt per q̄ deū possent hr̄e debitorē. sed quos saluat sua liberalissi ma pietate hoc facit. quos ꝟo ꝑmittit dānari sua iusticia hoc fac̄ sibi soli no ta. De hoc dr̄ greg. xxxiij. mor̄. Nemo enī deū meritis p̄uenit vt eū tenere q̄si debitorē possit. sȝ miro mō equus oīm ꝯditor ⁊ quosdā p̄elegit. ⁊ quosdā in suis prauis actib⁹ derelinq̄t. nec tñ ele ctis suis pietateȝ sine iusticia exhibet. q̄ȝ hic eos duris afflictionib⁹ premit. nec rursum reprobis iusticiā sine mīa exercet. q̄ȝ hic eq̄nimiter tolerat quos q̄ñq̄ȝ in ꝑpetuū dānat. Sig̊ ⁊ electi p̄ uenientē se gr̄a sequunt̄ ⁊ reprobi iuxta qd̄ merent̄ accipiunt. ⁊ electi de mīa inueniūt qd̄ laudant. ⁊ de iusticia non hēant reprobi qd̄ accusent. idcirco eī mali neq̄q̄ȝ celestis patrie premia eter na ꝑcipiunt. q̄ȝ ea dū mereri poterant ex libero arbitrio ꝯtempserūt. Qd̄ viȝ liberꝝ arbitriū in bono firmat̄ electis. cū eoꝝ mens a terrenis desiderijs gr̄a suspirante suspendit̄. hec greg. Et sic habes per dicta sanctoꝝ patꝝ claꝝ rñ sum ad tua obiecta interrogata

Sufficienter informa- Filius tus sum de his q̄ mouebā ⁊ ꝓpo sui. sed nunc valde terrent me iudicia dei occulta sup̱ filios hoīm ⁊ ꝑturbant cor meuȝ. Quis igit̄ securus esse p̄t de salute sua. nescit eī homo vt dr̄ sapiēs vtrꝝ amore dignus sit aut odio. Cerno quippe multa q̄ fiunt sub sole ⁊ ꝑrime sco. vicȝ q̄ multi moriunt̄ qui ꝓdesse plurimis poterāt verbo vel facto. ⁊ vi uit alius insidians ⁊ offendens pluri mos. Itē alius vellet libenter vacare deo ⁊ negocijs multis occupat̄ Alius male viuens diu ꝑ bonitatē reseruat̄. vt corrigat̄ Alius vero videt̄ bene viue re ⁊ circa finē ad ꝑuersa ꝓrumpit ⁊ a lia innumera mala que in sc̄lo gerunt̄ circa filios hoīm. q̄ ꝯsiderans ⁊ pene trare nō valeo cur fiant. iō obstupesco.

Ca. .IIII. Pater R

Diuina iudicia vt ait beatus gre. cū nesciunt̄ non audaci sermone discutienda sunt sȝ formidoloso silentio veneranda. q̄ȝ deus q̄ facit suo occulto iudicio vel ꝑ mittit fieri circa genus hūanū in ter ris nll's ea in hac vita vȝ inuestigare. Hoc idē gre. xxix. mor̄. intēdit dicēs ⁊ exponens q̄dā iudicia dei sup̱ illo ꝟ bo iob a dño ꝓposito. videlicet. Nun quid nosti ordinem celi. ⁊ pones rati ones eius in terra. Ordinē celi nosse

est supnaꝝ dispositionū occultas ꝑdi-
cationes videre. rōnem ꝺo eius in ter
ra ponere ē supnoꝝ iudicioꝝ misteria
vel ꝯsiderādo discutere vel loqn̄do ma
nifestare qđ vtiqꝫ facere in hac vita po
situs nullus pōt. vt eīn a ꝑuis vsqꝫ ad
maiora veniamus ⁊ qs intelligat q̄ eē
ratio secretoꝝ ꝑt ꝙ semꝑ vir iustus a
iudicio nō solū nō iudicatus sꝫ etiam
punitus redeat ⁊ iniquus eius aduersa
rius nō solū nō punit̄ sꝫ etiā victor abs
cedat. Quis intelligit cur viuat alius
insidiās mortibꝫ ꝓximoꝝ ⁊ morit̄ aliꝰ
qui ꝓfuturus esset vite multoꝝ Alius
culmē ꝑtātis assequit̄ q̄ nō nisi ledere
studet Alius tm̄modo lesos defendere
ꝯcupiscit ⁊ tn̄ oppressus iacet Alius fa
cere hec appetit ⁊ innumeris negocijs
implicat̄ Alius negocijs īplicari desi-
derat ⁊ coactus vacat̄ Alius male in-
choans ad vite sue terminū. ad peiora
ꝑtrahit̄ Alius bene inchoans vel inci-
piens ꝑ longitudinē tꝑm ꝓficit ad au
gmēta meritoꝝ. atqꝫ ecōtra Alius ma
le viuēs diu reseruat̄ vt corrigat̄ Aliꝰ
ꝺo bene quidē videt̄ viuere sꝫ ī hac vi
ta eovsꝫ durat quo ad ꝑuersa ꝓrūpat
Alius celsitudinē bn̄ viuendi appetere
⁊ vult ⁊ valet Alius nec vult nec valet
Alius vult ⁊ nō valet Alius valet ⁊ nō
vult. Quis g̊ ista iudicioꝝ secreta dis-
cutiat ad cognoscendū quippe istos se
cretoꝝ si nullus ascēdit dicat g̊ hō vt se
nescire cognoscat nescientē ꝺo se cog
noscat vt timeat. timeat vt hūiliet̄. hu
miliet̄ vt nō ꝑsumat in se. non ꝑsumat
in se vt ꝯditoris sui auxiliū requirat ⁊
qꝛ in se ꝯfidens mortuus est auxilium
sui ꝯditoris appetēs viuat Cuncta g̊ q̄
patim̄ tanto tolerare patientius debe-
mus q̄nto secretoꝝ celestiū ignari cur
hec patiam̄ nescimus. hec grego. Per
hec g̊ dicta hēs sufficientē informatio
nē ꝙ nō debeamus ꝯsilia ⁊ secreta dei
discutere sed timere ⁊ te ad tantā rem
humiliare Filius.

Satis primesco hec audiens ⁊ ꝯsi
dero terribilē eē deū ī suis occul
tis consilijs ⁊ iudicijs suꝑ filios hoīm
Sꝫ peto de hoc informari q̄liter agere
debeat pctōr qui multis vicijs ⁊ pctīs
mortalibꝫ ē inuolutus ⁊ irretitus ⁊ se
ob culpā sentiens infrigidatum ab oī
affectu spūali ⁊ priuatū grā dei ⁊ ꝓpter
scelera ita infectū ꝙ nō ꝑt excutere se
de tanto iugo vicioꝝ passionū ⁊ carna
litatū hꝫ quidē timorē de ꝑpetua dam
natione ⁊ ob hoc velle deo approxima-
re ꝑ pn̄iam sed nō valet ꝓpter pondus
criminū ip̄m deprimentiū ac in volup
tatibꝫ illicitis detinentiū. q̇d inqꝫ tal'
facere debet vt saluet̄

Ca.V Pater

Scire debes fili
ꝙ hoīes corruētes ī pctā mor
talia seꝑant̄ a deo ⁊ efficiūt̄ mēbra dy
aboli ⁊ post perpetrata facinora ⁊ ma-
xime ꝓpter vsū ⁊ malā ꝯsuetudinē que
ꝯtrahit̄ in vicijs ⁊ pctīs nō valet hō ꝑ
se resurgere ab hmōi laq̄is diaboli nī
si valida manu dei adiuuet̄ qꝛ talis pec
cator quodāmodo ꝯtinet̄ sub dominio
maligni spūs q̄ ducit ip̄m ad scelera ꝓ
volūtate sua. hoc ꝓbat iohānes criso.
in q̄dam ome. dicēs Oēs hoīes ante
q̄ꝫ peccemus liberꝝ habemus q̄dē arbi
triū si velimus sequi volūtatē diaboli
an non ꝙ si obligauerimus nos opibꝫ
eius iam nr̄a voluntate euadere nō pos
sumus sicut nauis fracto gubernaculo
ducitur vbi tempestas voluerit. Sic ⁊
homo diuino auxilio ꝑdito per pctm̄
nō qđ vult agit sed qđ diabolus vult.
Et nisi ds̄ valida manu misericordie
sue soluerit eū vsqꝫ ad mortē in pctīs
permanebit Ergo quidē nostra volun
tate ⁊ negligentia obligam̄ diuina aūt
mīa absoluimur nam liberuꝫ arbitriū

licet per se potens sit ad malū nō est potens ad bonū sine redēptoris gr̄a adiutrice. hec crisos. Patz igit̄ ꝑ predc̄a q̄ȯ mia dei sola liberare pt̄ eos qui in laqos dyaboli ꝓpter pct̄a corruerūt. ⁊ in ipsius retib⁹ detinent̄. ¶ Sed ⁊ hoc sciendū ꝙ liberū arbitriū valde debile est magis ꝓnū ad malū q̄ȝ ad bonū ꝓpter diuersa q̄ impellūt illud ad illicita. ꝙ viȝ liberū arbitriū sola dei gr̄a liberari pt̄. De hoc ht̄ in glo. sup li. de diuinis noībus vbi dr̄ ꝙ hoīs arbitriuȝ vertibile factuȝ magis liberū est ad malum q̄ȝ ad bonū q2 plura sunt q̄ impellunt ad malū q̄ȝ ad bonū. Infirmitas em̄ corporis ⁊ aīe. dyabolice suggestiones. mundane delectatōes ad malum incitant. sed sola gr̄a dei inuitat ad bonū. nihilominus penes liberū arbitriū ē velle ⁊ nolle. q2 libertas liberi arbitrij occasio est meriti ⁊ demeriti. ¶ V Uñ ꝓprie circa motū liberi arbitrij ꝯsistit meritū. Gratia autē efficit ꝙ ipse motus est meritū. sine gr̄a em̄ nullum opus vel motus est meritū. ⁊ ita penes grām ꝯsistit meritū efficaciter. ⁊ ideo velle nature ꝑ se impotens est ⁊ vincit̄ ⁊ trahit̄ ad velle vitij nisi velle gr̄e subueniat. hec glo. Appet igit̄ manifeste ꝙ d̄s potens sit liberare tam a ptāte diaboli quā hȝ super hoīnem ꝓpter pct̄m ꝯtractū q̄ȝ etiam liberū arbitriū a suis defectib⁹ per grām ⁊ suā miām X Unde oīs pctōr quibuscunq̧ pct̄is sit inuolutus attendat ad tantā oīpotentiam ⁊ miām dei ⁊ non respiciat facinora sua sicut desperet. nec dȝ etiam attendere aut discutere ꝙ multi in suis flagicijs ac ꝑuersitatib⁹ derelinquunt̄ ⁊ ꝙ pauci respectu multorū sunt in terris ad verā pn̄iam inclinati. ⁊ ad viaȝ salutis eterne vocant̄ vel etiā trahunt̄ Sed toto conamine ⁊ oī suspirio quo valet de miām clementiā ⁊ grām implo ret. ⁊ pius dn̄s cui ꝓprium est misereri sp̄ ⁊ pcere. dignet̄ ip̄m a vinculis pctōꝝ quib⁹ irretitus est absoluere. ⁊ per verā pn̄iam ad se trahere seu vocare Ad hoc hortat̄ nos scūs aug. sup illo verbo dn̄i. Nemo venit ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eū. dicens. Magna gr̄e ꝯmendatio. nemo venit nisi tract⁹. quē trahat ⁊ quē non trahat. quare illum trahat ⁊ illū non trahat noli velle iudicare si non vis errare. si non traheris ora vt traharis. nā trahi ad pn̄iam ⁊ vincere pct̄m dei est donum De quo idē aug. in li. de libero arbitrio dt̄. Uictoria qua pct̄m vincit̄ nihil aliud ē q̄ȝ dei donū in isto certamine adiuuās liberū arbitriū ¶ A Liberū aūt arbitriū est facultas rōnis ⁊ voluntatis qua eligit̄ bonuȝ gr̄a assistente. malū vero gr̄a desistente. vnde qn̄ hō cepit habere merita. sibi non dȝ tribuere illa sed deo. ḡ vnusquisq̧ ꝯ suam ꝯsciam dimicās oret ne intret in temptatōem. ne impietatē ⁊ mala opa faciens gr̄a dei nō coadiuuāte post hanc vitā eternis supplicijs deputet̄. hec aug. In hac exhortatione scīssimi viri aug. habet̄ sana doctrina viȝ ꝙ hō non debeat discutere occulta iudicia dei. nec attendere insipiam illoꝝ qui incaute occupant mentem suā tractantes de predestinatōe q̄ predestinant̄ hoīes ad vitam eternam dicentes. si ꝓdestinati sumus ad vitaȝ vtiq̧ saluabimur. nec tn̄ volunt tales talia dicentes opari ea que ptinēt ad saluteȝ. sed tepescunt in sua ignauia ⁊ negligentia. quoꝝ dānatio nisi resipiscant iusta est. ¶ Uult em̄ oꝑs deus vt illi qui predestinati sunt ab ipso laborē hēant ⁊ ꝑ sollicitudineȝ ⁊ humiles orōes ab eo obtineant miām ⁊ gratiā ⁊ dona sp̄ualia q̄ eis dare disposuit ab eterno ꝑ q̄ ꝑuenire valeant ad gl'aȝ sempiternā. De hoc dt̄ beatus gre. in

Nota. Nota. Nota.

libro. dyal'. Sancti viri ea que orãdo efficiũt ita p̄destinata sunt vt p̄cibꝫ obtineant̃ nã ip̄a quoqꝫ perhennis regis p̄destinatio ita disposita est ab oĩpotenti deo vt ad hoc electi ꝑueniãt ex labore q̃renũ: ⁊ postulando mereant̃ accipe qd̓ eis oĩpotens deus añ secula disposuit donare. hec gre. D Per hãc igit̃ autoritatẽ colligere possumus ꝙ ad vitã eternã p̄destinati sumus ꝑ laborẽ ⁊ postulationẽ oꝫ ꝑueniamus. Q̃ꝫuis em̄ deus sit largitor oĩm bonorũ vult tñ vt hõ seip̄m in bono ope quãtum valet exerceat. nõ em̄ torpescẽtes sed in via dñi laborãtes ꝑueniant ad regnũ dei. qd̓ ꝓbat Leo papa ĩ quodã s̄mone sic dicens Quãuis em̄ bonoꝝ sit ip̄e deus largitor etiã tñ nr̃e fructũ querit industrie. nõ em̄ dormiẽtibꝫ ꝑuenit regnũ celoꝝ sꝫ in mandatis dei laborantibꝫ atqꝫ vigilãtibꝫ. hec leo papa. Habemus igit̃ manifeste ꝑ p̄dicta q̃uo homo ꝑ industriã laborẽ ⁊ orõem dño tñ auxiliante ꝑuenire debeat ad salutẽ Vñ quilibet peccator qui vult saluari ⁊ desiderat a suis sceleribꝫ absolui debet se prouoluere coram visceribꝫ mĩe dei nostri quibꝫ visitauit nos oriens ex alto ⁊ tam diu eius pietatẽ per humiles p̄ces ac gemitus pulsare donec mĩam ⁊ gratiam ab ip̄o ↄsequat̃ ⁊ si in tali humiliatione orans ꝑseuerauerit ꝓculdubio saluus erit nam talis humiliatio q̄ sic gerit̃ in hoĩe fit a deo opante ⁊ coopante a quo cuncta bona ꝓcedunt ⁊ est signũ in hoĩe p̄destinationis eterne. Filius.

Inquisitioni mee de quibꝫ interrogaui sufficienter video mihi esse satisfactũ nec est opus vt de his vltra requiram. Sꝫ flagito instanter vt de mĩa dei aliqua mihi edisseras vt peccatores qui in multa flagitia inciderũt audientes tantã pietatem ⁊ mĩam dñi faciliores sint ad recedendum a via sua mala ⁊ ad penitendũ. Ca. VI. Pr. E

Ante omnia scire debes ꝙ homo ꝓpter peccata ꝑpetrata meruit damnatõem ꝑpetuaꝫ nec potest dei iusticie satisfacere ꝑ penitentiã ꝓpriam sed dei mĩam supat omnem nequiciã. hoc ꝓbat beatus Jheronimus cũ dt̓. Vere quidem dñe ꝙ ↄsciencia mea meruit dãnatiõeꝫ pñia mea non sufficit ad satisfactionẽ sꝫ tñ certũ est ꝙ tua mĩa supat offensionẽ Et beatus bern̄. Sicut nullius merita sufficiunt si sine mĩa iudicant̃ sic nullius peccata impediũt si cum mĩa suscipiant̃. hec bern̄. Et q̄r dei mĩa oẽm supat offẽsionem nemo de eius pietate diffidat dũmodo cuꝫ ꝓposito cauendi a vicijs ip̄ius mĩam imploret. De hoc dt̓ ambro. Bonus dñs ⁊ facilis ad indulgẽdum peccata. nemo g̃ diffidat. nemo veterũ ↄscius delictoꝝ p̄mia diuina desperet nouit dñs mutare s̄nãam si tu noueris emendare delictũ. hec ambro. Beatus etiã aug. hoc ↄfirmat dicens Nemo de dei pietate diffidat quoniaꝫ maior est misericordia eius q̃ꝫ nostra miseria. quisquis g̃ ad eum toto corde clamauerit exaudiet illuꝫ quia misericors est. hec augu. F Sed mouet fortassis aliquẽ ꝙ post multa facinora ↄmissa non possit veniã tantoꝝ ↄsequi delictoꝝ. non debet aũt talis desperare de venia q̄r mĩa dñi omnem multitudinem precellit peccatorum Unde dicit richar. de sancto victore. nulla nostra malicia diuinam misericordiam vincere potest Et q̄r beatus aug. idem sentit dicens Multum ↄmendat bonitatem dei in nobis non solum largitas sua sed etiam iniquitas nostra. O qualis dei pietas quã nulla supare potest iniquitas siue impietas Alia sunt que

Nota

deus misericorditer ignoscit. alia que
affluenter tribuit. ignoscit mala nr̃a.
largit̃ bona sua. semꝑ presto est ad ig-
noscendũ. patus sꝑ ad largiendũ. hic
pius. hic largus. vtroqꝫ benignus. v-
biqꝫ bonus. Cõfiteamur ergo illi ma
la nostra. ꝯfiteamur a nobis esse mala
nostra vt pie ignoscat ꝯfiteamur ab ip
so esse bona nostra vt ꝯseruet ⁊ augeat
Hec igit̃ incessanter agamꝰ ne ingra-
ti appeamꝰ vel de nobis data venia vel
de ꝯcessa gratia. verus em̃ amor ꝯfitet̃
semper. hec aug. In quibꝫ verbis dat̃
intelligi non debere pctõrem despera-
re etiam in multis criminibꝫ ꝯstitutũ.
G Sed sunt nõnulli qui post mul
ta ⁊ enormia pctã de dei misericordia
desperantes se tradũt ad ampliora fla
gicia perpetranda. vt saltem hic viuãt
gulose ⁊ voluptuose qui futura assequi
bona se desperant. Quoꝝ periculosaꝫ
excecatõnem beatus aug. in quadã au
toritate tangit sic dicens. Sunt non-
nulli homines qui cum cogitare cepe-
rint mala que fecerunt. non sibi putãt
ignosci posse. ⁊ hoc dũ putant dant aĩ
mum iam perire. ⁊ desperatõe peunt
dicentes in cogitationibꝫ suis. iã nul
la nobis spes est neqꝫ enim tanta illa q̃
cõmisimus donari nobis aut ignosci
possunt. quare ergo non satisfacimus
cupiditatibꝫ nostris. impleamus sal-
tem pñtis tpis voluptatem. qꝛ nullaꝫ
habemus in futuro mercedẽ. faciamꝰ
quicquid libet ⁊ si non licet, vt habea-
mus suauitateꝫ tempalem. qꝛ percipe
non meremur eternã. Talia dicentes
despando peunt. H Sed ꝓcedit
ad eos dñs dicens per Ezech. In qua
cunqꝫ die cõuersus fuerit homo a via
sua mala omnes iniquitates eius obli
uiscar. Hac voce audita ⁊ credita a de
speratione recreant̃ ⁊ ab illa altissima
ac ꝓfunda voragine qua submersi fue-
rant emergunt. Hec augusti. Ecce ad
desperatiõem homines stulti ꝓpter pec
cata deueniunt. quoꝝ stulticiam Ful-
gentius commemorat sic dicẽs Stul
tissima res est desperatio cum nimiruꝫ
omnia opera sua diuina excellat mise-
ratio. De hoc etiam dicit Hilarius.
Stultus reuera est qui de dei pietate
misericordiaqꝫ desperat. Damnatiõe
autem dignus est qui super misericor-
dia dei fronte imperterrita peccat. hec
hilarius. Unde etiam dicit iheronĩꝰ.
Hoc ipsum non lateat desperantes ꝙ
cuncta excellat dei opera ipsa sua mise
ricordia. misericordiaqꝫ saluatoris su
is prefert̃ operibus vniuersis. hec hie-
ronimus Ecce habemus ꝙ vere penitẽ
tes nullo modo debeant despare de dei
misericordia. Quia vt dicit Haymo.
deus est semꝑ paratus misereri homi-
nis tam in morte q̃ꝫ in vita. sed non sꝑ
eqꝫ ydoneus atqꝫ dignus est suscipere
dei misericordiam tam in morte q̃ꝫ in
vita sed hoc faciunt peccata siue negli
gentie hominum. Nam scdm̃ richar-
dum. Summa dei delectatio est effun
dere ex se imbrem sue pietatis ⁊ mise
ricordie. Justo autem dei iudicio ille
damnat̃ qui hunc feliceꝫ impediuerit
atqꝫ restrinxerit effluxũ. qui effluxus
pietatis ⁊ misericordie impedit̃ in ho
mine ꝓpter malam voluntatem ⁊ vitio
rum perpetratõem. Unde quilibet pec
cator q̃ꝫuis multis ⁊ magnis crimini-
bus sit obrutus si ex toto corde conuer
sus fuerit ad dominũ nequaq̃ꝫ debet de
dei misericordia desperare.

Filius I

Est ne aliquod peccatum tam
graue quod non possit nec va
leat indulgẽtiam a deo ꝓmere
ri ⁊ misericordiam.

Capitulum VII.

NOn est aliquod flagiciũ siue peccatũ tã grave ⁊ enorme si ꝓ eo homo ɔtritus fuerit ⁊ pñiam egerit veniam indubitanter ⁊ mĩam a deo ɔsequet᷑ excepta desperatione que venia caret De hoc primo dr̃ verũ. Necꝫ criminis quantitas nec vite enormitas tempoꝝ diuturnitas excludit aĩãz a mĩa dei si mutatio fuerit volũtaris Et beatus aug. ℟ Peccantes quoqꝫ ad spem venie ne despent hortat᷑ ꝑ exempla in tractatu de conflictu vitioꝝ sic dicẽs Si de criminibꝫ
1 agit᷑ de delictis ecce dauid adulterio simul ⁊ homicidio reus de inferni fau
2 cibꝫ mĩa dñi scribitur liberatus Ecce manasses oĩm peccatoꝝ nephandissimus ĩpurissimus sordidissimus ⁊ sceleratissimus pñia de morte ad vitã re
3 diit Ecce maria magdalene ĩnumeris facinoꝝ sordibꝫ inquinata ad fontem pietatis anxia currens dñi vestigia lacrimis rigans capillis detergens osculans vngẽto pungens ablui meru
4 it. Ecce petrus negatõis sue vinculis astrictus amarissimis lacrimis infide
5 litatis nodos resoluit. Ecce seditiõis simul ⁊ effusionis fraterni sanguinis latro obnoxius. vnius hore momẽto vna ɔfessionis voce de cruce ad padi
6 sum transiit. Ecce Saulus ecc̃iam dei ꝑsequens multos ꝓ nomine xp̃i perimens ⁊ vt dicam martirũ se toto cruore inficiens apl's factus in vas electionis mutatus est. vbi ĝ tot tantaqꝫ pcedunt exempla non dent locũ desperationi colloquia mala. Cũ etiam scriptũ sit in quacũqꝫ peccator ingemuerit saluus erit. Et rursum nolo mortem peccatoris sed vt ɔuertat᷑ ⁊ viuat. ℓ De ɔuersiõe vo ĩ melius nequaq̃ʒ mutari quid aliud respondeam nisi vt qđ heri quisqꝫ nõ egit hodie dũ adhuc viuere licet agat ne differat de die in diẽ dum nescit si vel vnã correctionis habeat diem. hec aug. Hanc tantam pietatem dei Amb. admirat᷑ dicens. de benignitate dei non sufficio ammirari eo q͛ tm̃ pcere potest hoĩ peccatori sed non est mirandũ quia tanta est pietas ⁊ mĩa in visceribꝫ dĩ nostri qui cũ omnipotẽs sit ⁊ oĩa facere possit hoc tamẽ facere non potest vt non misereat᷑ humilibꝫ ⁊ ɔtritis corde ad seipsum conuertentibꝫ. Et ne hoc absurdũ esse dicat᷑ beatus aug in libro. lxxxiij. questionũ ꝓbat sic dicens. Deus omnia pt preter hoc q͛ non potest non misereri gemitibꝫ peccatoris qui ad se reuertit᷑ Hoc idẽ sentit beatus ambro. in libro de officiis cũ dr̃ Deus namqꝫ oĩs impotentie expers sola tamen sue mĩe ligatur ⁊ vincit᷑ pietate. Ecce quãta dei pietas q̃m nulla supare potest nr̃a iniquitas. Precellit enim eius pietas ⁊ mĩa oẽm iniquitatem ⁊ maliciãz. De tanta eius mĩa dr̃ in quodam tractatu Mirandũ est ⁊ valde mirandũ qđ dr̃ certissima tñ ⁊ indubitata fide tenendum. Ecce si totus mundus esset globus igneus ⁊ in medio eius de stipula lini pugillus hic ex sua naturali inclinatione non tam cito flammaꝝ incendia reciperet sicut abissus miserationũz dei pctõrem penitentẽz ⁊ ɔuerti volentem qr in illa actione naturali aliqualis. licet minima ⁊ impceptibilis requirat᷑ morula sed nulla penitus mora inter peccantem ⁊ remittentẽ gementem ⁊ gemitus exaudientẽ Et beatus grego. De tã magna dei mĩa videtur quasi simile sentire cum dr̃ in registro maior est dei mĩa q̃ʒ cuius malicia ⁊ sicut scintilla in medio maris sic omnis malicia ad dei misericordiam. hec gregorius. Nec mirum qr omnia peccata q̃uis multa ⁊ enormia sint tamẽ

sub numero ⁊ mēsura sunt. misericordia vero dei sine numero ⁊ mensura est. ergo vincere eam peccata non possunt.
¶ Quod probat beatus aug. in quadam pulcra autoritate sic dicens. Reuertere ad deū o peccator cum fiducia. non enim vincent omnia pctā tua magnitudinem mie dei. Quantacunqꝫ em̄ sint sub numero ⁊ mēsura sunt. misericordia vero dei sine numero est ⁊ sine mensura. non ergo vincere pt quod cū mensura est illud quod absqꝫ mensura ē. hec aug. Ecce quō aperte claret per dicta sanctorum patrum ineffabilem ⁊ immensurabilem esse misericordiam dei. Tollatur ergo ab homine omnis desperatio ⁊ maxime ab illo qui in toto corde suo perveram penitentiam sequatur dominū. ⁊ tantam spem habere debet ad deum qꝫ si etiam vnus tm̄ homo ex omnibus hominibus de toto mundo saluaretur. eundem seipsum debet estimare esse ⁊ sperare. Ad tā consolatoriam spem beatus aug. in libro ecclesie inuitat vnūquemqꝫ fidelem sic dicens. Omnis aūt ab homine xpiano tollatur desperatio. nam si inter oēs mundi hoīes solus vnus homo saluari deberet. vnusquisqꝫ sperare tenetur se esse illū qui saluaretur. hec august.

Filius

Audiens tāta mirabilia de dei misericordia pre gaudio ⁊ ammiratione penitus deficio. o ops deus pater nostrorum viscerum pietas inaudita. o gra singularis. o diuine misericordie pelagus infinitū cunctis mortalibus incomprehensum. excedens ingenia. supans vota. deniqꝫ supgrediens merita vniuersa. quis enim tam flagiciosus qui aure percipiens ⁊ intelligēs tantam tuam pietatem ad spem venie suorum delictorum post posita sua iniquitate quā gessit vt non resurgat.

Ca. VIII. Pater.

Bene sapis fili et optime dixisti de tam incōprehensibili misericordia dei. Erubescat ergo humana malicia ⁊ supbia. ⁊ considerās tantam benignitatē dei currat quantocius non desperando ad fontē eius pietatis ad veram pniam ⁊ conversionem. ⁊ tanto humilius ⁊ feruētius ipsius misericordiā postulet quāto ad indulgendū promptiorem cernit ipsum existere.
¶ De hoc dicit richardus de sancto re. In nulla vitiorum enormitate de dei miseratōe est desperandū qui tam multus est ad ignoscendū. Sed nunquid idcirco ipsum impudenter ⁊ irreuerenter implorare debemus quē ad indulgendū tam pronum agnouimus. imo tāto magis debemus in eius conspectu erubescere. tanto humilius veniam postulare quanto benigniorē ⁊ dulciorem agnouimus quem prorsum aciter offendimus. hec richardus. Considerātes igitur tantam pietatem in visceribus dei nostri curramus singuli ad sinū pietatis ⁊ ad gremium mie eius dum licet ⁊ hoc corpusculo sumus. ne preoccupati die mortis queramus spacium pnie ⁊ inuenire non possimus ¶ Accedemus ergo cum fiducia ad thronū gratie eius ⁊ si sentimus in nobis duriciam cordis flagitemus clementiam ipsius vt emolliat illud grām compunctionis infundendo per quā possimus saluari ⁊ mīam eius inuenire. ne forte tardantes incurramus indignationem ipsius ⁊ perpetuam duriciam cordis nostri. ipse enim corda praua ⁊ dura potest emollire cum sibi placet ⁊ quando sibi placet. ⁊ diuerso mō quo sibi placet. De hoc dicit beatus augu. sic. Quis tam impie desipiat vt dicat deum malas hominū voluntates quas voluerit. quando voluerit. vbi voluerit

in bonum non posse ꝯuertere sed cum
facit mīam facit. cū aūt non facit ꝑiu
dicium non facit. qm̄ cui vult miseret
⁊ quem vult indurat. hec aug. De hac
dei mīa dr̄ ⁊ beatus grego. xxxix. mor.
Misericors deus diu peccata hoīm to
lerat ⁊ cū iam vitium respicit plerūqꝫ
mentes peccantium immutat recte de
se vincante pietas insinuans ait illud
iob. Nunquid tenuisti ꝯcutiens extre-
ma terre ⁊ excussisti īpios ex ea. Per
terram quippe homo infirma sapiens
designat cui peccanti dictū est. Terra
es ⁊ in terram ibis Sed q2 pius ꝯdi
tor facturā suaꝫ nō deserit. mala hoīm
⁊ ꝑ suam sapientiā tolerat ⁊ per eorūꝫ
qnqꝫ ꝯuersionē relaxat. ¶ Cum
duras atqꝫ insensibiles mentes respi
cit modo eas minis modo verberibꝫ mō
reuelationibꝫ terret vt qui ꝑuersissima se-
curitate durauerāt salubri timore mol
lesiant quatenus vel sero redeāt ⁊ hoc
ipsum saltim q2 diu expectati sunt eru
bescant. Scit enī dn̄s q2 extrema vite
nostre plus iudicat ⁊ idcirco electos
suos in fine sollicitos purgat. Scrip-
tum quippe est. dn̄s iudicabit fines ter
re Tanto ergo intensius vltimis nr̄is
inuigilat. quanto in ipsis penderes
initia sequentis vite pensat. hec greg.
¶ Item de eadē mīa dei quomodo
corda etiā desperata ad pn̄iam trahat.
Idem grego. sup illo verbo. iob. Nun
quid ingressus es in ꝑfundum maris
dr̄. Mare quippe est mens humana cu
ius ꝑfunda deus ingreditur qn̄ ꝑ con
gnitionem suam ad lamenta peniten-
tie ab intimis cogitationibus pertur-
batur quando prioris vite nequicias
ad memoriam reducit ⁊ fluctuantē in
ꝯfusione sua animum conuertit. Pro
funda maris deus penetrat quando e-
tiam desperata corda ꝑmutat. Tūc enī
corda ꝑmutat quando cor seculare hu
miliat. tūc ꝑfundum maris ingredit
quando visitare mentes etiaꝫ pressas
sceleribꝫ non dedignat vnde ⁊ recte
percunctando subiungitur ⁊ in nouissi
mis abissi deambulasti. quid enim ab
issus nisi mens humana que dum seip
sam ꝯprehendere non valet sese in om
ne quod est velut obscura abissus latet
in nouissimis ergo abissi debent deam
bulare. est etiam nouissimorum homi
num corda conuertere ⁊ desꝑatas mē
tes visitatōis sue vestigiis tangēdo mi
rabiliter reformare. Cum enī post im-
mensa scelera quisquis ꝯpungit quid
aliud qꝫ in nouissimis abissi deus de-
ambulasse videtur. quasi in abisso nā-
qꝫ deus deambulabat cum obscurum
cor penetrans fluctus inuisibiles vici
orum calcat Plerūqꝫ enim preterita.
alia plangimus. aliis presentibꝫ vrge
mur. ⁊ modo suꝑbia modo ira modo
luxuria modo auaricia temptante fati
gemur. Sed cum cuncta hec in corde
nostro dn̄s occulte visitationis sue ti-
more reprimit quid aliud qꝫ in abisso
gressū ponit. Quos gressus mente con
spicimus qn̄ contra insurgentia vitia
quomodo timoris eius obuient dona
pensemus. hec greg. Ecce habemus ꝑ
hec dicta quomō misericors deus etiā
corda nequissima ⁊ desperata ad peni-
tentiam conuertit Considerantes aūt
tantam pietatem dei cauendum sum-
mopere est ne quis in peccati crimē la
batur ꝙ si lapsus fuerit nō desperet sꝫ
ꝑ lamenta penitentie surgat. Relaxat
enim deus peccatuꝫ qđ deflet attamē
qui stat timeat ne in peccatum cadat.
quia si deflere possit peccata que com-
misit ignorat Hanc scientiaꝫ beatus
gregori. xxxiii. moral. super illo iob.
Nunquid armilla ꝑforabis maxillaꝫ
eius videlicet behemoth pulchre tan-
git cum dicit Cauendum summopere

est ne quis delectatione peccati leuia-
than istius ore rapiatur. et tñ si raptꝰ fue
rit non desperet. qui si peccatū perfecte
lugeat. adhuc foramen in maxilla eiꝰ
inueniet per qđ euadat. iam dentibꝰ te-
ritur sed adhuc si euadendi via queritur
in maxilla foramen inuenitur. habet eti
am captus qua exeat qui preuidere no-
luit ne caperetur. Quisquis ergo q̄ non
dum captus est maxillam eius fugiat.
quisquis vero iam captus est in maxil
la eius foramē querat. pius quippe ac
iustus est conditor noster. R Sed
nemo dicat. q2 pius ē venialiter pecco
et nemo qui peccauit dicat. q2 iustus ē
de peccati remissione despero. relaxat
enim deus facinus qđ defletur. sed perpe
trare quisq3 timeat. q2 si digne deflere
possit ignorat. Ante culpā ergo iustici
am metuat. post culpam tñ de pietate
presumat. nec3 ita iusticiam timeat vt
nulla spei consolatōe conualescat. nec3 ita
confidat de mīa vt adhibere vulneribus
suis digne pñie negligat medicinam.
Sed quē videt sibi parcere sp̄ etiam co
gitet discrete de se iudicare. sub pieta
te itaq3 eius spes pctōris gaudeat. sed
discretōe illius penitētis correctio cō
tremiscat. Spes igitur nostre presump-
tionis habeat etiā morsum timoris vt
ad corrigenda pctā iusticia iudicātis
terreat quem ad fiduciā venie grā pie-
tatis inuitat. Hinc enim p quendā sa-
pientem dr. Ne dixeris miseratōnes
dñi multe. peccatoꝝ meoꝝ nō recorda
bitur. pietatē namq3 eius ꝓtinus et iu-
sticiā subdidit dicēs. mīa enim et ira
ab illo. Diuina itaq3 clementia maxil
fama maius ⁊ oĩ laude melius oĩ glo
ria excellentius Mala aũt inferni di/
cere vel cogitare vt sunt nemo pt. peio
ra quippe sunt valde q̃₃ cogitant' Reg
nuz itaq₃ dei plenũ est lucis. caritatis
leticie. beatitudinis ꝑhennis. ⁊ oĩs bo
ni ineffabilis qđ nec dici nec cogitari
potest. At ꝯtra locus inferni plenus est
tenebraꝝ. discordie. miserie. turpitu/
dinis. amaritudinis. doloris. sitis. fa
mis. ignis ĩextinguibilis. tristicie. vin
dicte ꝑhennis. ⁊ omnis ĩeffabilis ma
li. que nec cogitari nec dici pñt. In re
gno dei nõ inueniť nisi qđ satiet ⁊ pla/
ceat At ꝯtra in inferno nihil videť aut
sentiť nisi qđ displicet. offendit ⁊ cru/
ciat Omne bonum in regno dei habũ
dat ⁊ nullum malum Omne malum
habundat in carcere diaboli ⁊ nullum
bonũ. Ue igiť illis ꝑhenne qui subire
hec oĩa mala ⁊ sine fine merenť ꝓ dele
ctabili vnius hore spacio Irridendus
igiť est quisq₃ mũdi huius caducam
fragilitatẽ ⁊ inutilẽ voluptatis carnez
diligit ⁊ querit. eterna gloria ꝯtemp/
ta ⁊ neglectis regni celestis ineffabili/
bus gaudijs. hoc ꝯmerciũ insipientiũ
valde est ⁊ miseroꝝ ⁊ cor nõ habentiũ
sanum Quis eñ sano sensu pro vnius
diei delicijs centũ annoꝝ penam elige
rit ⁊ tamẽ miseri sine vlla sapientia vo
luptatẽ carnis sequentes nec vitãt nec
fugiunt intolerabiles penas nõ centũ
annoꝝ sed milies mille sed sine fine se
culoꝝ p. xl. vel. lx. annoruz delicijs vel
qualibet corruptibili delectatõne For
titer ergo carnali resistendũ est volup/
tati. fortiter ꝯtra mũdi blãdicias pug
nandũ est ⁊ ꝯtra multimodas sathane
suggestiones vigilanduz omni studio
lata via seculi vitanda est que ducit
ad mortem. At vero omni cordis desi/
derio adeunda est via angusta que du/
cit ad vitam. via hec angusta est vide/
licet via abstinentie. castitatis. humi
litatis ⁊ omnis religionis quam viaz
ante nos christus ambulauit ⁊ eam at
triuit qua via ad suum regnum migra
uit cuius vestigia ⁊ nos sequamur vo/
nec post eum eadem via ad vrbem regi
am perueniamus in qua ipse regnat.
de q̃ vrbe quicq̃d homo dixerit q̃si stil/
la de mare ẽ vel scintilla de foco in qua

videliꝫ vrbe fulgebūt iusti sicut sol. hec
augꝰ. aurelius Videmus ergo nunc ꝑ
predicta ꝙ valde est stultū ⁊ amaꝝ ꝓ
tes vanitates ⁊ delicias mundi exclu-
di a visione dei ⁊ oīm sanctoꝝ ꝯsortiū
⁊ incidere in flāmas tartareas ignis.
¶ Ad hoc malū sedule cogitan-
dum hortatᷣ quidā doctor dicēs sic Co
gita quantū sit malū a facie xp̄i separi
ab illo gaudio diuine ꝯtemplatōis ex
cludi. beatissima sanctoꝝ oīm societa
te priuari. mori vite eterne. ⁊ viuere
morti sempiterne. ꝓfundo fluctuātis
gehenne immergi. edacissimis denti-
bus prementibꝫ in eternū laniari. nec
finiti baratri fumantis amara caligi-
ne oculos obcecari. nec sentire qđ illu
minat. sed sentire qđ cruciat. hec ille.
Etiam beatus greg. de hijs tormentis
inferni ⁊ gehennalibꝫ flammis ac đ re
medijs ꝯtra hec libro. ix. moralᷣ. expo-
nens illa verba iob. Antequā vadam ad
terrā tenebrosam ⁊c̄ sic ait. Quid ter-
re tenebrosi noīe nisi tetra tartari clau
stra signantᷣ que eterne mortis caligo
operit. qꝛ damnatos quosqꝫ in ꝑpetuū
a vite luce disiūgit. Nec immerito in-
fernus đr terra. qꝛ quicqꝫ ad eam rapti
fuerint stabiliter tenentur. nequaquā vl
tra mīa parcentis liberat quos semel ī
locis penalibꝫ iusticia iudicātis dam
nat. Sequitᷣ. vbi vmbra mortis. Sic̄
mors exterior ab anima diuidit carnē
ita mors interior sepat animam a deo
Vmbra ergo mortis est obscuritas di
uisionis. qꝛ damnatus quisqꝫ cū eter-
no igne succenditᷣ ab interno luīe ob-
tenebratᷣ ¶ Natura vero ignis ē
vt ex seipso ⁊ lucē exhibeat ⁊ ꝯcrema
tionem. sed transactoꝝ illa vltrix flam
ma vitioꝝ ꝯcrematōem hꝫ ⁊ lucē non
hꝫ. Hinc ps̄. ait. Sup eos cecidit ig-
nis ⁊ nō viderūt solē ⁊c̄. Ignis em̄ sup
impios cadit. sed sol igne candēte nō
cernitᷣ. qꝛ illos quos gehenne flamma
deuorat a visione veri luminis cecat vt
⁊ foris eos dolor ꝯbustionis cruciet. ⁊
intus pena cecitatis obscuret. quatenꝰ
qui autori suo corpe ⁊ corde deliqͥrunt
simul corpe ⁊ corde puniantᷣ. ⁊ vtricꝫ
penas sentiant. qꝛ dum hic viuerent ꝑ
uis suis delectationibꝫ ⁊ vtrobicꝫ ser-
uiebāt. sequitᷣ. Et sempiternus horror
inhabitat In huius vite tormentis ti
mor dolorem hꝫ dolor timorem nō ha
bet. qꝛ nequaquā metus cruciat cuꝫ pati
ceperit quod metuebat. Infernum er
go ⁊ vmbra mortis obscurat ⁊ sempi-
ternus horror inhītat. qꝛ eius ignibus
traditi ⁊ in supplicijs dolorem sentiūt.
⁊ doloris angustia pulsati semꝑ pauo
re feriuntᷣ vt ⁊ qđ timēt tolerēt vt rur
sū qđ tolerant sine cessatōe ptimescāt
Horrendo igitᷣ modo erit tunc repro-
bis dolor cum formidine. flamma cuꝫ
obscuritate. Sic sic videlicet a dam-
natis pōdus sentiri summe equitatis
debet. vt quia a voluntate ꝯditoris ne-
quaquā sunt veriti discrepare dum viue
rent. in eorum quandocꝫ interitum ip
sa a suis qualitatibꝫ etiam tormenta
discordent. que tamen supplicia in se
diuersos ⁊ vltra vires cruciat ⁊ in eis
vite subsidium extinguentes seruant.
vt sic vitā terminus puniat quatenus
semper sine termino cruciatus viuat.
quia ad finem per tormenta properat.
et sine fine deficiens durat. Fit ergo
mors miseris sine morte. finis sine fi-
ne. defectus sine defectu. ⁊ quia mors
viuit. ⁊ finis semper incipit ⁊ deficere
defectus nescit Quia igitᷣ ⁊ mors per-
imit ⁊ non extinguit. dolor cruciat, sed
nullatenus pauorē fugat flamma ꝯbu
rit sed nequaquā tenebras discutit. quā
tum per noticiā pn̄tis vite colligitᷣ sup
plicia ordinem non habent. qꝛ nō sua
per omnia qualitatem tenent. Tunc

em̄ illos eduxit flamma ꝯburit quos
nūc carnalis delectatio polluit Tūc in
finite patens inferni baratruz deuorat
quos nunc inanis elatio exaltat. atqꝫ
quolibet ex vicio qđ hic volūtate calli-
di ꝑsuasoris expleuerant tūc cuz duce
reprobi ad tormenta ꝑueniunt. Ecce
que maneat damnatis pena Cognos-
cimus ⁊ instruente nos sacro eloquio
quantus in dānatōe ignis. quāta in ig
ne obscuritas. quātus in obscuritate
pauor sit nullatenus ambigimus. Sꝫ
quid ꝓdest ista prenosse si non ꝯtingat
euadere. tota ḡ intentione curandum
est vt cū vacatiōis tempus ꝯspicimus
bene viuendi studio maloꝝ vltricia tor
menta fugiamus Hinc quippe ꝑ salo
monē dꝛ Quodcūqꝫ ꝑt manus tua in
stanter oꝑare ⁊c. Hinc ysa. ait Queri
te dn̄m dū inueniri possit. inuocate dū
ꝓpe est. Hinc paulus dt. dū tps habe-
mus operem̄ bonū ad omnes. Sed ple
rūqꝫ se ad viam rectitudinis animus
ꝓcingit. torporem discutit, tantoqꝫ in
celestibꝫ desiderio rapiť vt pene nil ex
eo inferius remansisse videať ⁊ tn̄ cū
ad carnis curā reduciť sine qua p̄ntis
vite via nullo mō expleť. ita hūc infe-
rius expͥssum tenet ac si adhuc de sum-
mis nulla cōtigisset Hinc veritas ait.
Nolite solliciti esse in crastinū. Hinc
paulus dt Carnis curā ne feceritis in
desiderijs. Sed ⁊ his nimirū ducis ⁊
militis vbis agnoscimus. qꝛ tunc ab
eo mortifero vulnere aīmus pungiť
cū in ea mensura equitas non teneť.
Neqꝫ em̄ mortali adhuc in carne viuē
tibꝫ funditus cura carnis abscinditur
sed vt discrete aīo seruiať tpať. Naꝫ
qꝛ solicitos nos esse vitas in crastinū
ꝓhibuit habere vtrumqꝫ curam in p̄n
tibꝫ. nō negat q̄ꝫ tendi ad tempus qđ
sequiť verat. Et paulus Cū carnis cu
ram fieri in ꝯcupiscencijs non sinit, ꝓ-
culdubio in necessitate ꝯcedit Discre
tione igiť magna in moderamine car
nis cura frenanda est vt seruiat ⁊ mīe
principeť. ne quasi domina animū vin
cat sed subiecta mentis dominio quasi
ancilla famuletur vt iussa assistat atqꝫ
ad nutum cordis repulsa dissiliat vt
vix a tergo sancte cogitationis appa-
reat ⁊ nunqꝫ contra faciem recta cogi
tantis obsistat. Curandum itaqꝫ est ne
aut necessitatis metus cura carnis trā
seat aut in eo qđ moderate exequitur
de se presumat Sepe vero aīmus falli
tur vt quod voluptate appetit necessa-
riuz suspiceť. quatenus omne qđ libet
vite debitam vtilitatem putet. Et sepe
quia effectus prouidentiam sequiť in
sui fiducia mens leuať. cūqꝫ sibi adest
qđ deesse ceteris ꝓuiderit cogitatōne
de magnitudine sua hilarescit. tātoqꝫ
iam a vera prouisione longe fit. quan-
to ipsam quoqꝫ elationē quā patiť nes-
cit. vnde solerti semper custodia ⁊ in-
tentione pensanduz est vel quid opere
vel quid corde versamus Ne aūt men
tem prepediens foris se terrena cura
multiplicet aut salutem de eius mode-
ramine intus se cogitatio exaltet vt cū
diuina iudicia temporali circūspectio
ne metuimus sempiterni supplicia hor
roris euadamus. hec grego. Ecce tria
que p̄missa sunt remedia saluberrima
⁊ satis efficacia ad retrahendum siue
reuocanduz animum a vanitatibꝫ mū
di. a ꝯcupiscencijs. a voluptatibꝫ secu
li si in corde hoīs fuerint bene discussa
⁊ ꝑfecte menti impressa

Filius

Timor ⁊ pauor magnus inuasit
me audiens tot mala imminen-
tia ⁊ occurrentia amatoribꝫ mūdi vi-
delicet breuitatē hui⁹ tpis. acerbitatē
mortis. amaritudinē ⁊ doloreꝫ eterne

damnationis. ⁊ miror valde quō pec-
cator hec audiens vel intelligēs ac ani
mo reuoluens tanta mala non ꝯpun-
git ad penitendū siue ad recedenduȝ a
vanitatibꝫ seu voluptatibꝫ huius secu
li nisi forte aliquis sit ita induratus in
tantū ꝙ non velit attendere seu perpē-
dere futura pericula aīe sue aduenien-
tia vel ita desperatus vt diffidat de dei
mīa. aut ita excecatus in nequicia et
malicia ꝙ ꝓpter hoc non possit nec va-
leat etiā metu gehenne se ꝯtinere a vo-
luptatibꝫ carnis ⁊ lasciuia ℭ Sȝ
vellem scire ꝓpter tales vel similes mū
di amatores cū aliqui ex eis ad pn̄iam
trahant̄ vel etiam vocant̄. qualiter vel
per quem modū hoc fiat

Ca. XI. Pater.

Scire debes qđ valde durū cor hȝ ille quē a su
is prauitatibꝫ ⁊ voluptatibꝫ nec suppli
cia infernalia nec gaudia eterna retra
here possunt 𝔙 Hoc testat̄ beatus
bern. cum dī. nimis cor est durū quod
non emolliunt beneficia nec terrēt sup
plicia. nec alliciunt ꝓmissa. nec casti-
gant flagella. hec bern. Sed oīps deus
scit quos predestinauit ab eterno ⁊ pre
elegit ad vitam eternā. ꝓut ipse dicit.
ego scio quos elegerim. cū vult ⁊ quā-
do sibi placet vocat ad ꝯuersionē ⁊ ad
pn̄iam agendam ⁊ hoc diuersis mōis.
aliqn̄ per aliquas reuelatōes. aliqn̄ ꝑ
tribulatōem aut corporales infirmita-
tes. aliqn̄ per exhortationes vel exem
pla aliorū. interdum per internā inspi
ratōem gratiam ꝯpunctionis infundē
do. De hoc dicit ysido. Multis modis
terret deus hoīes vt vel sero ꝯuertant̄
atq; exinde magis erubescant ꝙ tādiu
expectati sunt vt redirent. nā nunc mi
nis. nunc plagis. nunc reuelationibꝫ
quosdam ꝯuertit, despiciunt despiciē-
tes. ꝯmoniti terroribꝫ corrigant̄ ple-
riq; ex sola mentis deuotione ꝯuertun
tur ad deū. nōnulli vero coacti plagis
ꝯuertunt̄ qui ex deuotione non ꝯuerte
bant̄. hec ysido. 𝔛 De hoc etiā hȝ
in collationibꝫ patrū vbi pafuntius in
sua collatione sic dicit. Primus voca-
tionis modus ex deo est. scđs per homi
nem. tercius ex nccītate. Ex deo qui-
dem est quotiens ex inspiratōe quedā
immissa in cor nostrū nonnunq; etiam
dormientes nos ad desideriū eterne vi
te ac salutis exsuscitat. deūq; seq̄ ⁊ eius
inherere preceptis ꝯpunctōe saluberri
ma coartatur. vt in scripturis sanctis
Abraham voce dn̄ica de genitali solo
⁊ totius cognatiōis affectibꝫ patrisq;
domo legimus euocatū. dicente dn̄o.
Exi de terra tua ⁊ de cognatōe tua ⁊ de
domo patris tui. Scđs modus voca-
tionis est quem fieri per hoīem dixi-
mus vel exemplis quorundā sanctorū
vel monitis instigati ad desiderium sa
lutis accendimur. Tercius vero voca-
tionis modus est qui ex necessitate de-
scendit dum diuitijs huius mundi vel
voluptatibꝫ obligati ingruentibus re
pente temptationibꝫ vel que meret̄ pe-
ricula minant̄ vel amissione bonoruȝ
vel carorū morte ꝯpungimur ad deum
quem sequi in ꝓsperitate rerū ꝯtempsi
mus saltē inuiti ꝓperare ꝯpellimur.
𝔄 Per qđ manifeste ꝓbat̄ initiū no
stre salutis dn̄i vocatōe fieri. dicentis
vt ē. Exi de terra tua. ⁊ ꝯsummatiōeȝ
ꝑfectionis ab eodem ac puritatis simi
liter tribui cum dicit. ⁊ veni in terram
quam monstrauero tibi. id est nō quā
tu ex temetipso nosse vel industria tua
valeas reperire. sed quam tibi ego nō
solum ignoranti sed etiam non inqui
renti monstrauero. Ex quo manifeste
colligitur ꝙ quemadmodum inspira
tione dn̄i ꝓuocati ad viā salutis occur

rimus. ita etiā magisterio ipius ⁊ illu
minatione deducti ad pfectiōem sum
me beatitudinis puenimus. hec pafun
tius. Apparet igit̄ p pmissa nō solū vo
cationis modus. sȝ ⁊ principiū nr̄e sa
lutis ⁊ ɔsūmatio pfectōis p grām dei
in nobis actitari. vñ quilibet qui desi/
derat saluari cū se senserit per pdictos
modos a dño moueri seu vocari respō
deat p bonā voluntatē recipiendo gra
tanter monita salutis obediendo ⁊ fa/
ciendo qđ in se est De hoc dr̄ ideȝ pa/
funtius in eadē collatione. sic itaqȝ si
cut occasiōes salutis aduersis modis
cognoscimus deū opari. ita nr̄m est oc
casionibꝫ a diuinitate ɔcessis vel enixius
vel remissius famulari. Nā sic dei fuit
vocātis oblatio. Exi de terra. itaqȝ A
brahe fuit exeuntis obīa. ⁊ queādmo
dū illud qđ dr̄ ⁊ veni in terram vt fiat
obtempantis est opus. atqȝ illud qđ
adijcit̄. quā monstrauero iubentis dei
vel pmittentis est gratia Quibꝫ mani
feste pdocemī ⁊ initiū bone voluntatis
nobis a dño inspirante ɔcedi. cū aūt p
se aut p exhortationē cuiuslibet homi/
nis aut per necitatem nos ad saluteȝ
attrahit viam ⁊ pfectionem ꝟtutū ab
eodem similiter ɔdonari. nostrum ꝟo
hoc esse vt ad exhortationeȝ auxiliūqȝ
dei vel remissius vel enixius exequamī
⁊ p hoc nos remunerationem vel sup/
plitia dignissime promereri. qđ eius
dispensationi aut puidentie erga nos
benignissima dignatiōe collate vel neg
leximus vel studuimus nostre obedien
tie, deuotione ɔgruere. vnde diuine est
gratie prestare nobis occasiones salu
tis ⁊ prouentus secundos atqȝ victo/
riam. nostrum vero vt concessa dei be/
neficia vel intēsius vel segnius exequa
mur. hec pafuntius. Habemus igitur
ex dictis sancti viri modum vocatio/
nis per quem vocamur ad deum habe/
mus etiam quomodo monitis eius ob
tpemus obediēdo ⁊ faciendo qđ in no
bis est B Inter hec ɔsiderandum
quod maxime duo sunt que trahūt ho
minem ad conuersionem ⁊ ad vitam
salutis. timor videlicȝ ⁊ amor Timor
ne incurrat eternā damnatiōeȝ. amor
vt perueniat ad eterne glorie mansionē
Nam sepe ɔtingit qꝫ peccatores diuer
sis sordibꝫ vitiorꝫ inuoluti ad memo/
riam reuocāt eterna gehenne tormen/
ta que eis debentur pro flagicijs ⁊ pec/
catis ab ipsis ɔmissis ⁊ per diuinam
gratiam inspirati ad penitendū ɔpun
guntur. Sunt etiā nonnulli hoīes ita
duri cordis qꝫ metus ⁊ timor futurorꝫ
malorꝫ dū sani sunt flectere ad peniten
dū non possunt Sed tacti infirmitate
⁊ egritudine corpis mox inuadit eos
timor mortis ⁊ metus eterne damna/
tionis. quo timore stimulante ad peni
tendum compunguntur. ⁊ tales vt vi
demus frequentius proponunt post cō
ualescentiam egritudinis vitam suaȝ
mutare in melius per ingressum reli/
gionis. aut alio modo mores ⁊ malaȝ
vitam emendando. Ex quibus etiam
plurimi votum emittunt ad hoc faci/
endum qui opitulante domino votum
quod emiserunt aut sine voto qui se e/
mendare proposuerunt per ingressum
ordinis aut alio modo vitam suā cor
rigendo fideliter ⁊ deuote exequuntur
De isto metu tormentoruȝ ⁊ vita emē
datione dicit beatus grego. super can/
tica. Sunt nonnulli qui magna inten
tione que sint tormenta reproborum
aspiciunt ⁊ sua facta ppria sine palpa
tione examinare contendunt. cunqȝ se
peccasse cognoscunt ⁊ p hoc ire ad tor
menta reproborꝫ pertimescunt. subito
tenebras iniqtatis derelinquūt ⁊ luce
iusticie accēdi ɔcupiscūt. mox ad scāȝ
opatōem ɔsurgūt. ⁊ p bona q̄ faciunt

clarere ꝑximis quibusq; incipiūt. hec
greg. Ecce habemus quō q̃plurimi ꝓ
pter metum infernaliū tormentorum
pctā ⁊ vitia deserentes viam pn̄ie ⁊ sa
lutis aggrediunt̃ ¶ Sunt etiā nō
nulli qui per inspiratōnem diuinā ꝯsi
derantes ⁊ ꝑpendētes gaudia celestia
ac dulcedinē glorie future ⁊ maxīe vi
sionē sancte trinitatis in q̃ summa vo
luptas ⁊ dulcedo ꝯsistit seipsos repre
hendūt de ꝑuersis actibꝫ quos ꝯtra de
um ꝑpetrauerunt. ⁊ ꝓpter hoc lamen
tis ac lacrimis agendo pn̄iam se affici
unt. subiacere etiā tp̄alibus dedignan
tur. hec ardenter eternalia ꝯcupiscūt.
De quo dr̄ beatus greg. sup̄ illud Eze
chi. Abij amarus in indignatōe spūs
mei. pensate frn̄i cui dona scī spūs cre
auerat cur amarus abibat. Sed men
tem quam spūssanctus replet in ama
ritudinē tp̄alium delcātione eternoꝝ
ꝯmouet. Dulce est em̄ esse in rebꝫ tp̄a
libꝫ ⁊ humanis. ſꝫ ei qui adhuc de ce
lestibꝫ gaudia nulla gustauit. qꝛ quan
to minus eterna intelligit tanto delcā
bilius in tp̄alibus requiescit. Ac si q̃s
iam cordis ore gustauerit que sit dul
cedo celestiū premioꝝ. q̃ illi ymnidici
angeloꝝ chori. q̃ incomp̄hensibilis vi
sio scē trinitatis. huic quanto illd̄ dul
ce sit qd̄ intus vident. tanto in amari
tudinē oē qd̄ foris sustinet. rixat̃ secū
de his q̃ male egisse se recolit. ⁊ sibi
metipsi displicet cum illi iam placere
incepit qui omnia creauit. Rep̄hendit
se in cogitationibꝫ. insequit̃ de verbis
⁊ punit flendo. de factis sup̄nis inhiat
terrena oīa iam ꝑ mentis despectū cal
cat. Et q̃diu illud qd̄ desiderat adhuc
per spēm non habet flere dulce habet ⁊
se ꝯtinuis lamētis affligere. Et qꝛ nec
dum se eē in patria ad quam creatus
est videt in hui⁹ vite exilio nihil plus
ei q̃ sua amaritudo placet. dedignat̃
enim subiacere tp̄alibꝫ ⁊ ardenter sus
pirat eternis. Unde per salomonē dr̄
In multa sapīa multa est indignatio.
qꝛ si eterna iam sapimus nosmetip̄os
despicim⁹ egisse hoc qd̄ nos potuit ab
eternitatis amore separare Si eterna
iam sapimus concupiscere tp̄alia de
dignamur. Rep̄hendit semetipsaꝫ cō
scīa accusat qd̄ egit. damnat ꝑ pn̄iam
quod accusat. fit rixa in animo ꝑturiē
tis pacē cum deo. Sic achab iniquus
rex a ꝓpheta rep̄hensus cum ꝯtra se di
uinam snīam audisset pertimuit ⁊ ma
gno timore dep̄ssus ē ita vt ꝓphete suo
dn̄s diceret. Nonne vidisti achab hu
miliatū coram me. qꝛ igit̃ humiliatus
ē mei causa nō inducā malū in diebꝫ
eius. In quibꝫ verbis dn̄i pensandum
est quomodo ei in electis suis meror a
maritudinis placet qui amittere deuꝫ
timent si sic ei ⁊ improbo al's reprobo
penitentia placuit qui timebat perde
re pn̄s seculum. Aut quomodo ei gra
ta fit spontanea afflictio pro culpis in
eis qui placent si hec ad tempus placu
it ⁊ in eo qui displicebat. ¶ Sꝫ
sciendū quia nullus agere hoc ꝓ amo
re omnipotentis dn̄i ex toto corde pre
ualet nisi is cuius animū spūssanctus
assumpserit. Nunq̃ eniꝫ homo ex sua
virtute sufficit terrena despicere. cele
stia amare. pacem cum deo querere. se
cum rixam subire. in cogitatione se
metipsum reprehendere ⁊ gemitibus
penitere. Nullus hec agere nisi quem
diuina gratia roborat valet. Unde et
subditur. Manus enim domini erat
mecum confortans me. Ad bona sur
gere perfecte nō possumus nisi nos spi
ritus ⁊ preueniendo eleuet ⁊ subsequē
do confortet. hec gregorius. ¶
Uidemus igit̃ per predicta qualiter ꝑ
amorem celestiū nonnulli consurgant
ad ꝯtemptū terrenoꝝ ac odiū vitioꝝ ⁊

pro sceleribꝫ perpetratis se tradunt ad
pnīe lamentū. Multū enī valet ad ↄtē
ptū rerꝝ tpaliū ⁊ huius seculi vanitatū
diligens meditatio celestiū gaudiorꝝ.
De hoc dicit beda. Oīa si te dilectant
aliqñ gaudia hūana falsa breuis hui⁹
seculi gloria ⁊ caduca potentia. illuc
mentē euacua vbi vera sunt gaudia ⁊
oīa reputabis vt stercora Et btūs ber.
Si ↄsideremus que ⁊ quāta sint que ꝓ
mittunt nobis in celis. vilipenderes
oīa que hñtur in terris. Dicit etiā de
hoc beatus greg. in qdam omel. sic Si
ↄsideremus q̄ ⁊ quāta sint q̄ nobis ꝓ-
mittunt in celis vilescerent aīo oīa q̄
hñtur in terris Terrena nāqꝫ sustan-
tia supne felicitati ↄpata pondus ē nō
subsidium. Tpalis vita eterne ↄpata
mors est potius dicenda q̄ vita. Ipse
enī quotidianus defectus corruptōis
quid est aliud q̄ quedā ꝓlixitas mor-
tis Que aūt lingua dicere vel quis in
tellectus cape sufficit illa supne ciui-
tatis quāta sint gaudia angelorū cho
ris interesse. cum beatissimis spiritibꝫ
glorie ↄditoris assistere. pñtem dei vul
tū cernere. incircūscriptū lumen vide-
re. nullo metu mortis affici. incorrup
tionis ꝑpetue munere letari. Sed ad
hec audita inardescit aīmus. iāqꝫ illic
cupit assistere vbi se spat sine fine gau
dere. Sed ad magna premia ꝑuenire
non pt nisi ꝑ magnos labores. Unde
⁊ paulus dicit Non coronabit nisi q̄ le-
gitime certauerit. Delectat igit men-
tem magnitudo pmiorꝝ. sꝫ nō delectat
certamē laborꝝ al's deterreat. hec greg.
Apparet igit ꝑ predicta quō nonnulli
ꝓpter amorē celestis patrie relinquūt
mundū ⁊ se tradunt pnīe ⁊ sancte con
uersationi vt illam assequi valeant in
futuro Unde vnusquisqꝫ qui se sentit
in statu vitioso ⁊ in pctōꝝ sordibꝫ ↄsti
tutum. reuocet ad memoriam tormen
ta gehenne que incidere potest ⁊ ne tar
det quātotius conuerti ad dominū ꝑ
penitentiā. ne forte tardando incidat
in iram ipsius ⁊ eternā damnationem
F Ad hoc faciendum hortatur nos
beatus grego. sic dicens Dum tps est
vnusquisqꝫ prauitatē suā deserat ⁊ dei
patientiam pertimescat. ne quem nunc
tranquillū despicit iratum postmodū
nequaqꝫ euadere possit. Omnipotens
enī deus peccantes misericorditer ex-
pectat. tps ad pnīam tribuit quos nō
cōuersos ad grauioris reatus testimo
nium ↄtit. patienter iram retinet quā
qñqꝫ irretractabiliter fundet. hec gre.
De hoc etiā ꝑ sapientem sic dr. Non
tardes ↄuerti ad dominum ⁊ ne diffe-
ras de die in diē. subito enī veniet ira
illius. ⁊ in tpe vindicte disperdet te.
ne adijcias pctm̄ sup pctm̄ ⁊ ne dicas
miseratio dn̄i magna est multitudinis
peccatorꝝ meorꝝ miserebitur. Mia enī
⁊ ira ab illo cito proximant. ⁊ in pec-
catores respicit ira illius. Hec sapi-
ens. Ex his igit dictis colligere pos-
sumus periculosum esse tardare peni-
tentiam ⁊ differre conuersionē de die
in diem. quia quanto quis diutius ꝓ-
trahit suam ad deum per penitentiam
conuersionem. tanto magis in pecca-
tis induratur ⁊ difficilius ad peniten-
dum resurgit De hoc dicit Helman-
dus in quarta parte speculi hystoria-
lis sic Festina post lapsū vt resurgas
nam si resurgere hodie ē difficile cras
erit difficilius. Qui nō est hodie cras
minus aptus erit. Unde quanto iace-
bis diutius tanto cades profundius
ipsum namqꝫ iacere cadere. Cadere
fateor humanū est. sed nihilominus
humanum est resurgere. non resurge-
re nullo modo humanum est dicendū
sed dyabolicum cuius tota vita ruina
est. G Notandum q̄ quatuor

sunt. s. stare cadere surgere et non resur
gere horum duo media hominis sunt.
homo enim cadit et resurgit. Stare ve
ro absque casu solius angeli est. Non re-
surgere solius dyaboli est. Qui ergo stat
et non cadit angelus est. Qui vero ca
dit et resurgit homo est. Qui autem cadit
et post casum non surgit non quia non
potest sed quia non vult, profecto dyabo
lus est. Hec helmādus. Colligat ergo
vnusquisque pctōr ex his vbis quod mul
tum periculosum est iacere in sordibus
viciorum et differre penitentiā et conversio
nem ad deū et ideo quātotius festinet
alias ad penitentiā et sanctam conversionē
se cōuertere ad dnm aut per introitū re
ligionis aut manendo in seculo mūdi
vanitates peccata seu occasiōes pecca
torum fugiendo. Sed in seculo multe
sunt occasiones per quas homo trahitur
ad vicia et retrahitur a sancta cōuersiōe
vt docet experiētia. Idcirco magis cau
tum est qui se sentit ad peccandū fragi
lem ac propter occasiones que occurrūt
in seculo se a viciis non posse cōtinere
vt per ingressum religionis se a peccatis
restringat et de preteritis penitentiam
agat sancteque ibi viuat vt post hanc vi
tam ad eterna gaudia peruenire valeat.
H De difficultate autē abstinendi
a peccatis in mūdo propter diuersas oc-
casiōes que se offerūt in seculo et de fuga
mundi atque ingressu ordinis supradi-
ctus Helmādus satis lucide ponit sic
dicēs. Vis extīguere libidinē amoue
ligna ab igne et alias non subsidet incen
diū. Que sunt inquis ligna que nō sunt
struēda in igne. Ista quippe sunt. Ocia
segnicies. somnus. cato. feīa. vinum
prosperitas. ludus. carmīa. forma pu
er. Hec ergo sunt omnia irritamenta
viciorum hec sunt incitamēta voluptatis
tormenta castitatis. hoc oleo. hac pice
hac stupa. his sacramentis incenditur
fornax babilonis. Vis ergo fugere incen
diū voluptatis fuge hoc omne genus
fomitis. Sed quo fugies a facie istorum
totū circūspice mundū vbique dyabolū
hamū peccati aliquo fomite delectati
onis infestat. Fugiendus ergo est mū
dus vt eius concupiscentie fugiantur
Alioquin si in mūdo remanere volue-
ris nec abscisis manibus nec truncatis
pedibus nec effossis oculis eo quod scan-
dalisauerint te scandulo non carebis
Igitur quoniam quidem nec sine mēbris of-
ficialibus possumus viuere nec illis scā
dalisantibus bene viuere necessario que
rendus est locus non tam corporibus quam
moribus salubris vbi corpore sensuum
nō carentes officiis illis scandalis ca
reamus. Et quis locus ad hoc ydone
us nisi claustrū vbi pax includitur hone
stas clauditur excluditur voluptas mala
secluditur libido. Cede ergo de fornace fer
rea ad claustri refrigeriū vt in loco a-
menissimo sub dño nīo Ihū xpo piis-
simo voluptuose transigas presentis
huius miserie breuem calamitatem.
I Sed dicis nunquid soli claustra
les saluātur aut omīs pereunt seculares
sane neutrū. sed isti soli facile saluantur
illi omnes difficile. Cur hoc nisi quia
tutior ab incēdio remotus ab igne quam
proximus igni. Hec helmandus. Ecce
patet per predicta quod cōuersari in mūdo
et esse ibi absque peccato mundū valde
sit difficile quia propter occasiones que
occurrūt in seculo periclitantur virtutes
dicente beato Ber. periclitas castitas in
deliciis. hūilitas in diuitiis. pietas in
negociis. charitas in hoc seculo nequam.
Hec ber. Unde propter tot pericula fugiē
dus est mūdus et appropinquandus reli
gioni per ingressum ordinis vbi occasio
nes viciorum tolluntur et materia ad bene
operandū ministratur ac copiosior merces
seu premiū acquiritur De quo btūs ber. sic

dicit. Bonum est nos hic esse. s. in clau
stro qꝛ viuit ibi hō purius . quiescit se
curius irrorat̄ freq̄ntius . cadit rari⁹.
surgit facilius . incedit tucius ꝑmiat̄
copiosius Hec ber. Videmus ergo cla
re valde fructuosum esse ⁊ salubꝛe con
uersari in monasterijs ꝑ habitū religi
onis cū tot bona occurāt xp̄o dilectis
Queramus ḡ dei grāz ꝑ ingressum oꝛ
dinis ⁊ ip̄e dignabitur nos suscipe in
ter bꝛachia sui amoꝛis testāte btō ber.
qui dr̄. Bonus es dn̄e anime q̄renti te
occurris amplecteris sponsum te exhi
bes qui es dn̄s ymo q̇ es sup̄ oīa deus
bn̄dictus in secula. Hec ber. Fugiam⁹
igit̄ mundū qui amaritudine plenus
est ꝑ introitū religionis leuemus coꝛ
ad celū ꝑ affectū dilectōis vbi solū ve-
ra est dulcedo ⁊ iocūditas dicēte btō
aug. in glo. sup̄ ps. Amaritudine ple-
nus est mūdus apud soluz deū est iocū
ditas. Vn̄ coꝛ leua in celū ꝑ quos gra
dus. Gradus affectus sunt iter tuū vo
luntas tua est. Amando ascendis neg
ligendo descendis. Stans in terra in
celo es si diligis. non em̄ sic leuat̄ coꝛ
q̄uo leuatur corpus vt leuetur locum
mutat. Quocūq3 ḡ coꝛ se ꝯuerterit in
terrenis rebus amaritudinem inuenit
vnde dulcescat non habet nisi leuet se
ad deū Hec aug. Et qꝛ pꝛessura ⁊ ama
ritudo ⁊ fallax est pax in mūdo pax āt
vera est in dn̄o dicente ip̄o dn̄o in mū
do pꝛessurā habebitis in me autē pacē
Vn̄ adheramus deo ꝑ sanctā cōuersa-
tionē vt pacem habeamus R De
hac duplici pace dr̄ Hugo in libꝛo de
claustro aīe. Duo sunt gn̄a pacis vna
q̄m xp̄us dat. altera q̄m dat mundus
pax mūdi est vt a deo recedas ⁊ diabo
lo ꝯsentias pax vero xp̄i est vt expellas
diabolū ⁊ diligas deū. pax mūdi est vt
mūdus tibi ⁊ tu mūdo placeas ⁊ sic sa
ciatus terrenis voluptatib⁹ inferni cru
ciatibus in eternū succūbas pax xp̄i ē
vt aduersa mūdi vsq3 ad moꝛtē paciē
ter toleres ⁊ sic post moꝛtē future vite
felicitatē securus expectes . Hec hu-
go. Sectemur igit̄ xp̄i vestigia eius do
ctrinam ⁊ exempla imitando ꝑ ingres
sum religiōis inibi seruiēdo sancte re
ligioseq3 viuendo vt post hanc vitā ad
ipsum ꝑuenire valeamus ipse enim est
via veritas ⁊ vita. Sup̄ quo dicit btūs
aug. Ac si cuilibet secutori suo dn̄s di-
cat. Quo vis ire per me vade quia ego
sum via si per me vadis laq̄os euadis.
Quo tēdis venire ego sum veritas. ad
me veni. festina simpliciter veīre vt pos
sis feliciter ꝑuenire. Si in veniendo s̄
uas qḋ iussi in ꝑueniēdo reddā quod
pꝛomisi. Veritas em̄ sum mentiri ne-
scio vbi vis ꝑmanere cū ꝑueneris ego
sum vita in me mane. Si in me vis vi
uere veniendo ⁊ ꝑueniēdo in me mane
bis sine moꝛte viuēdo. Hec aug. Fi.

De modo cōuersiōis ad deū ⁊ de 23v
vocatōe qualiter dn̄s suos quos
pꝛeelegit sibi ab eterno soleat vocare
ad penitentiā ⁊ sanctam cōuersationē
sufficientē modo habeo infoꝛmatōem
Sz nūc quero vtr̄ illi qui relinq̄ntes
mundū gratia spiritussancti inspirati
et se trāsferentes ad sanctā ꝯuersionē
habitū religionis assumēdo paciūtur
aliqua impedimēta siue tēptatōes an
te ingressuz oꝛdinis vel intra tempus
pꝛobationis. Capl̄m. XII. Pater

Scire te volo q̄
penitentiam ⁊ conuersionem
penitētium ad deum multa sunt impe-
diētia maxime tn̄ hec L videlicet
inuidia dyabolica fragilitas siue infir
mitas humana. ⁊ consuetudo peccan-
di mala. Malignus enim spiritus ho-
stis generis humani cum ꝯsiderat pec
catoꝛem gracia seuisitāte esse compū.

ctum et velle relinquere mundū atq; p penitentiam et conuersionez appropinquare deo. mutando vitam vel habitum p ingressum religionis. omnē modū querit hoc impediendi. aut p se: aut p suos nūcios. videlicet malā societatē dissuadētes ea que sunt salutis. hoc est ingressum ordinis validius tamen p se immitendo quemdā terrorē in mentem hominis faciens eum ptimescere habitum et conuersionem sibi incōsuetam et inusitatam. quia vt cōmuniter ista magis faciunt penitētes formidare aut quodāmodo abhorrere. quia oībus in rebus grauis est inceptio prima. et primus aggressus ad viam penitentie et mandatorū dei est difficilior. De quo crisf. sic dicit. Dyabolus sciens q hi qui multa opati sunt mala. Si se ad penitentiā cōuertūt districte satis vehemēter hoc faciunt vtpote scientes quid egerint. metuit em̄ ne quis horum iniciū aliquod plenitudinis capiat Si enim ceperint iam nequeunt retineri. Sed in modum ignis penitentie calore succensi. auro purgato puriores reddunt animas suas. et memoria conscientie velut spiritu quodā flante ad portū salutis spe gubernante perueniunt itineris sui habentes cautelam maximam ex horrore preteritorū gestorum atq; in hoc pene eos qui nunquā aliquos incurrerūt lapsus videntur procedere dum cautiores eos reddit expientia. Acrius enī expetimus ea que pdidimus q̄ que nondū possessa desideramus. Acquirere ergo tantum initiū vt fiat in hoc omnis est difficultas vt pmos aditus aggrediamur penitentie in ipso enī ingressu stat minans et terrorib9 spirans et volētes adire etiā atrocitatez depellit cuius si terrorum fumos et inanem nebulā ptemnis nec ille aliquid valebit vltra et tuo occupatus aditu valentiorem se reddit senciens supiorem q; effectum inimici terroribus gratulaberis atq; pfacile tibi derelinq; istius agonis viaz videbis. Hec crisf. Magnū em̄ est tormentū demoni penitentia hominū et conuersio ad deū. quia p hoc que possidebat amittit et ideo maioribus nouisq; pulsat insidijs et innumeris pturbat temptatōibus qd̄ facit vt hominem ad odium virtutū inducat et a via salutis auertat ac etiam expulsiōis sue vindicet iniuriā Testatur hoc beda sic dicens. Sepe enim dū conuerti ad deum post peccata conamur. maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidijs qd̄ facit vt odium virtutis incutiat vel expulsionis sue vindicet iniuriā Magnū enim tormentum demoni infert. a lesione hominū cessare et tanto dimittit grauius. quāto possidebat diucius. Hec beda. dicit etiā de hoc gregorius. iiij. mor. sup illo Job. Qui parati sunt suscitare leuithan. Omnes enim qui ea que mundi sunt plena intentione desiderant. leuithan contra se suscitant q2 eius maliciam instigatōne sue pursionis inflammant. naz qui eius volūtati subiecti sunt quasi quieto ab illo iure possidentur et supbus eorum rex quasi quadā securitate pfruitur dū eorum cordibus incōcussa potestate dominatur Sz cū vniuscuiusq; spiritus ad conditoris sui desideriū recalescit cū torporem negligentie sue deserit et frigus insensibilitatis pristine igne sancti amoris incēdit. cū libertatis īgenite meminit teneri ab hoste erubescit. Quia vero idem hostis se pspiderat despici. quia vias dn̄i videt apprehendi dolet contra se captum reniti et mox zelo accenditur mox ad certamē mouetur et ad temptationes innumeras cōtra rebellantem mentem se excitat atq; in

omni arte lacrimatõnis instigat vt p
temptationū iacula in torquendo cō-
fodiat cor qđ dudū quieto iure possi de
bat. Quasi dormiebat quippe dum so-
pitus in prauo corde quiesceret sz exci
tatur in prouocatõne certamis cū ius
amiserit puerse dñationis Huic ergo
nocti maledicāt qui pati sunt suscita-
re leuiathan idest hi se cōtra peccatuz
fortiter iudicio discretõis erigant qui
in suis temptatõibꝫ excitare antiquū
hostem nō formidāt. Quisquis enim
accingi diuino seruitio properet q̄d a
liud q̄ꝫ se cōtra antiqui hostis certamē
parat al's ꝛ vt liber in certamine ictus
suscipiat al's suscitat qui quietus sub
tyrannide in captiuitate fuiebat Hec
greg. Ecce quomō dyabolus mentem
quā prius propter sordes viciorū qui
etus possidebat postmodū repugnan-
tē sibi p penitētiā ꝛ vite emendationē
crudeliter p diuersa temptationū ge-
nera vexat ¶ Unde necesse est vt
vnusquisq̄ꝫ qui viam penitentie ꝛ sanc
te ꝯuersionis aggredi inchoat tempta
tionibus antiqui hostis viriliter resi-
stat. quia idem hostis cum considerat
aliquem incipientē ingredi viam salu
tis statim obuiat ei p diuersas tempta
tiones vt possit eū auertere a sancto p
posito ꝛ retrahere ab intentõe salubri.
Hec probat abbas ysaac syrie in quo
dā tractatu sic dicens. Cū volueris fa
cere inicium bone opationis aduentu
ras tibi temptatões prius prepara te
metipsum nam ꝯsuetudo inimici est vt
cū videt aliquē incipientē bonam cō-
uersationē fide feruenti ꝛ conscientia
pura obuiat ei varijs ꝛ diuersis temp
tatiõibus vt exinde in timorē veniens
arescat a bono proposito nec habeat a
liquatenus calorē appropinquādi deo
nō q̄ talem virtutez habeat aduersari
us. nam nullus possit facere bonū sed
promittit̃ a dō. sicut in beato iob dicti
lumus. Tu vero prepara temetipsum
viriliter ad obstandū temptatiõibus
quibus virtutes inducunt̃. Ac deinde
virtutes incipe opari qꝛ nisi prius pre
paraueris te ad resistendū temptatio-
nibus a virtutū opatõne recedes Hec
ysaac. Patet igit̃ qualiter dyabolus ī
pediat salutez hominis cū cepit appro
pinq̄re dō p penitentiā aut p ingressuz
ordinis vel religionis ¶ Uidēdū
est etiam quomodo infirmitas siue fra
gilitas carnis reuocat siue īpediat ho-
minē a proposito salutis. Cum em̄ nō
nulli peccatores pro suis delictis com
pungunt̃ ꝛ locum ad penitendū vide-
licet religionē vel aliū quemcūq̄ꝫ statū
sibi tamen aptum adire decreuerit ab
hac sancta intentõe carnis infirmitas
sepius reuocat. Multa igit̃ penitentes
siue incipiētes ante oculos ponāt. nūc
vigilias nūc ieiunia austeritatē vite ꝛ
ceteras obseruācias ordinis q̄ p timen̄
centes subsistere nō posse formidāt sz
diuina gratia adiuti ꝛ spe future glīe
roborati talē metum abiciūt ꝛ hoc qđ
in animo proposuerunt deuote ꝯsequē
tur. hoc tangit btūs greg. iiij. mor̃. sup
primo Job. Et vincula eius quis sol-
uit subaudis nisi ego dñs. Soluūtur
vero vniuscuiusq̄ꝫ vīcula dum diuino
adiutorio interna desiderioꝝ carnalia
retinacula dirūpuntur. Cum eniz pia
intentio ad cōuersionem vocat sed ad
huc ab hac intentõe carnis infirmitas
reuocat quasi quibusdā vinculis liga-
ta prepedit̃. multos em̄ sepe videmus
viam quidem sancte ꝯuersatiõis appe
tere. sed ne hanc assequi valeāt modo
irruentes casus modo futura aduersa
formidare qui incerta mala dum qua
si caute prospiciunt in peccatorū suo-
rum vinculis incaute retinent̃ Multa
enim ante oculos ponunt que si eis in

conuersione eueniant non subsistere se
formidant. De quibus salomon ait.
Iter pigrorũ quasi seps spinarũ. nam
cũ viam dei appetũt eos velut spine ob
stantius sepiũ formidinũ suarũ oppo
site suspiciões premũt ⁊ pugnãt. Quod
q2 electiões prepedire nõ solet bene il
lic secutus adiũxit via iustoꝝ absq3 of
fendiculo. Justi quippe in cõuersatiõe
sua si qdlibet eius aduersitatis obstacu
lũ eterne spei interne ꝯtemplatõis tal
tu transcendũt. Soluit itaq3 deus vin
cula qñ ab electi vniuscuiusq3 animo ĩ
firmarũ cogitationũ nodos rumpit ⁊
ꝓpicius dissipat omne qd illectã men
te ligabat. hec gre. ꝑ Ecce qͣliter
spes futuroꝝ animat penitentes ad exe
quendũ bonũ hoc quod facere propo
suerũt. Sed si adhuc aliquis ꝓpter as
peritatẽ religiõis patitur aliquas dif
ficultates reuocet ad memoriã tormẽ
ta ĩfernalia ⁊ leuius sustinebit ea que
sunt difficilia De hoc ꝑ quẽdã ĩ quod
tractatu sic d2. Multis grauis videtur
et aspera in monasterio sui ipsius pro
xp̃o tp̃alis abnegatio reminiscant ꝙ3
amara sit illorũ tormentorũ diuturna
excruciatio incõꝑabiliter enim leuior
est vita claustralis vbi tam corporũ ꝙ3
animaꝝ necessaria sine solicitudine q̃
runtur ꝙ3 penarũ loca in quibus mise
ri pro peccatis in hac vita nõ emenda
tis non tantũ maximis sed etiã mini
mis negligenter multiplicatis diutur
na miseria cruciari credunt. Q
Sunt aũt peccata que minima vel ꝑua
siue leuia dicunt. non q2 ꝑua vel leuia
sunt sed quoniã in hac vita vere penitẽ
tibus leuiter a deo dimittit. Que si qs
emendanda in futurũ distulerit ꝯtem
nẽdo nõ leuia sed grauia ymo grauis
sima in penis ea sentiet experiendo. Ne
mo se de peccatorũ leuiũ leuitate quia
ita apellãtur blandiendo seducat. quã
to enĩ fuerit leuiora tanto fit culpe ma
ioris eorũ in interni iudicis examine
corrigendi negligentia nullũ omnino
peccatũ ꝑuũ estimare debemus vt di
strictus iudex ꝑuũ estimaret aliqd pec
catũ. Nõne omne peccatũ ꝑ priuatio
nẽ al's preuaricatõem deũ exhonorat.
Quod ergo peccatũ audemus dicere
ꝑuũ. Deum enĩ exhonorare quis sane
mentis dicturus est ꝑuũ. Quid respõ
debimus cũ exigatur a nobis vsq3 ad
ictum oculi tocius pñtis vite cursus.
Tunc quippe ꝯdemnabit quicquid in
uentũ fuerit opis ociosi. vel sermonis
ociosi vel etiã silencij vsq3 ad minimã
cogitationẽ. Quis vel mente captus
audat affirmare peccata fore leuia q̃ ho
amara debet gehenna. Vnd hic cogite
mus que gessimus ⁊ in futuro que su
mus accepturi. Si multa bona pauca
mala fecimus: multũ gaudeamus Si
multa mala pauca bona multum luge
mus. exigetur enĩ a nobis vsq3 ad vlti
mũ quadrantem aut hic cum miscd'ia
et benignitate aut in futuro cum seueri
tate ⁊ iusticia quod absit. Hec ille. Ec
ce ꝙ3 salubre sit penitentibus ⁊ ad con
uersionẽ tendẽtibus reducere ante fa
ciem mentis penas ĩfernales vt eo fa
cilius possint sufferre labores corpora
les. naz ipsa mens humana assueta il
lecebris ⁊ cõcupiscentijs prius fugit
labores abstinentiã. vigilias. ⁊ cete
ras corꝑis castigatiões R Sz cũ
inspirante gratia ad mẽtẽ redacta fu
erit dies mortis pondus future pene ĩ
ferni premiũ celestis gaudij contra su
as ꝯcupiscentias ⁊ passiões ipse ani
mus bellum aggreditur ipsis vicijs ⁊
male ꝯsuetudini viriliter resistendo et
vim quodãmodo sibi faciendo vt ad
victoriam carnaliũ passionũ ꝑuenire
mereatur. Hoc testatur btũs ambro.
exponẽdo illud. Regnũ celoꝝ vim pa

tit̃ ⁊ dicit nouissimus q₂ famulariter
mens humana in diuersis huius mū-
di illecebris ⁊ ↄcupiscēcijs prauis de
uicta fugit laborē experitᷓ voluptatē ⁊
vix adducit̃ vt ↄsuetudinē prauā pri-
oris vite a se excludat. Sed cū cepit
vltimi diei necessitatē ac futuri iudi-
cij pondus ↄsiderare incitata vel solli-
citata volūtariū bellū indicit al's passi
onib₉ tēptatōib₉ ⁊ vim facit pristinis
desiderijs ⁊ violēter seipsam vincere
ↄtendit. nō em̄ sine violētia potest fie-
ri vt de abundātia ⁊ delicijs ad famē ⁊
sitim ⁊ abstinentiā ⁊ ad crucē trāseat.
et somno prius ⁊ ocio amicā carnem
ↄtritionē nūquā sine violentia fieri p̄t
vt vnusquisq₃ iracūdiam paciētia su-
ꝑbiam hūilitate ↄmutet amore pauꝑ
tatis ac sufficientia effluētiā supet vio
lentiā siue gulā sobrietate luxuriā ca-
stitate ↄtemnēt ⁊ homo subito trāseat
in virū ꝑfectū ⁊ transformet̃ ⁊ quodā
mō alter reddat̃ ex altero ac si a talib₉
regnū celoꝝ violēter ⁊ ꝑ violentiā di
ripitur. Hec ambro. Uidemus ergo quō
vere penitētes oporteat vim sibi facere
vt victoriā vicioꝝ ⁊ carnaliū volupta
tū valeāt obtinere maxīe tamē hi qui
malū vsum ⁊ longā ↄsuetudinē in sor-
dibus pctōꝝ ⁊ opibus criminosis ne
cesse habent scdʒ magis ⁊ minus vim
sibi facere viriliter carnalib₉ desideri-
is ⁊ ↄcupiscentijs resistendo. De quō
dicit btūs greg. Tanto facilius quis
ↄuertit̃ quanto minore ↄsuetudine co
artat̃. vsitata vero culpa obligat men-
tē vt nequaquā surgere valeat ad recti
tudinē. Hec grego. ¶ Qō sic in
telligendū est q₎ sine labore valido nō
p̄t quis resurgere post ↄsuetudinē lon
gam vicioꝝ inueteratā ad vias vite ⁊
quanto maiorib₉ criminib₉ quis īpli
catus fuerit ⁊ diucius in ipsis ꝑseuera
uerit tanto difficiliorē ⁊ maiorē pug

nam ⁊ laborē in resistendo vicijs eum
habere oportebit. Qō etiā attestatur
btūs aug. sic dicens. Cōtra ingenitā
cōcupiscentiā tanto amplius in ea su
ꝑāda voluptas laborabit quāto maio-
res ei vires ↄsuetudo dedit. Hec aug.
Hoc idem sentit ysido. cū dicit. Sa-
tis delicate se palpat q vult sine labo-
re vicia supare tn̄ peccati legē quā sibi
deseruiendo vicijs fecit sine violentia
doloris resecare nō possit. Hec ysido.
Uñ necesse vt nouicius seu nouiter cō
uersus laboret ⁊ faciet sibi ↄsuetudinē
cōtra ↄsuetudinē affectū cōtra affectū
donec mereat̃ vincere delectatōes car
nis ⁊ seculi. Et hoc beatus bern̄. attesta
tur in quadā auctoritate sic dicēs Ad
ea que dei sunt ꝑcipienda homo se at-
tingat necessitatē sibi faciat contra ne
cessitatē. ⁊ ↄsuetudinē cōtra ↄsuetudi
nē ⁊ affectū sibi formans ↄtra affectū
donec mereatur plenā delectatōem cō
tra delectatōem vt delectatōnibus car
nis ⁊ seculi saltē delectet̃ carere quan-
tū prius delectabat̃ habere. Hec bern̄.
Notandū etiā q₎ nouiter ↄuersi ad re-
ligionē tempe ꝓbatōis inter cetera q̄
sustinēt maxime duo paciūtur. ¶
Primū est incōsuete vite nouitas tā
in assumptōe habitus quā etiā in mo
rū alteratōe siue mutatiōe. Secūdum
est subtractio gratie infuse ⁊ prius ha
bite ꝑ quā solent ↄsolari ⁊ ↄfortari in
cipientes. Primū ait inconsuete vite
nouitas. nam dum aliquis ↄpunctus
pro suis delictis sanctam religionē in
greditur habitū ordinis assumendo ꝓ
cessuʒ tempis cessante primo feruore
occurrit mēti asꝑitas habitus ⁊ auste
ritas vite ⁊ ↄuersatōis incōsuete vide
licet vigilia. ieiuniū. silentium. obediē
tia. castigationes. ⁊ cetere obseruan-
cie regulares. Incipit autem animus
adhuc carnalis ea abhorrere ⁊ gemit

sub graui sarcina cõuersationis. Tre-
pidat em̄ caro ⁊ abhorret subire vias
duras ⁊ asperas sentire ꝯtra ꝯsuetudi
nē ⁊ recurrit fantasmata pctōꝝ ymagi
nationes vite prioris qualiter in secu
lo liberaliter vixerit ⁊ suam voluntatē
in delicijs diuersis ⁊ voluptatibus ha
buerit ⁊ vexatur carnaliter carnalis a
nimus ex eo nimirū ꝙ ꝓhibetur ab ali
is ⁊ subtrahit̄ qd̄ turpiter libuit ⁊ pre
cipit̄ ⁊ proponit̄ qd̄ sancte liber als li-
cet sed carni nō facile libet. Ex hac aūt
difficultate ⁊ temptatōe incipit homo
instabilis esse ⁊ nōnūꝗ̄ dolere de ĩgres
su religionis ⁊ vias q̄rere euasionis.
Unde sunt nōnulli qui post assumptū
habitū religionis instigante dyabolo
et propria fragilitate postposito timo-
re dei ⁊ verecundia hoīm reuertunt̄ ad
seculū. Et sunt nōnulli qui ꝓpter pudo
rem hoīm verecūdant̄ deponere habi-
tū hi tales nonnūquā fingūt se aliquā
infirmitatē habere aut debilitatē vt cū
honore possint iugum ordinis euadere
et a religione recedere. Et ꝓpter hanc
fictā occasionem ꝗ̄ plures a sancta cō
uersatōe recedūt. Et sunt nōnulli qui
propter diuersa temptamenta efficiū
tur instabiles ⁊ se dolent intrasse reli-
gionē siue ordinē sed ꝓpter votum qd̄
emiserunt cor suū firmant ad manen-
dū. plurimi tñ post voti emissionē in-
stigante dyabolo ab ordine discedunt
Et sunt nōnulli qui multū feruentes
sunt tempe probatōis quos ꝯsiderās
dyabolus sub specie boni nititur ꝑuer
tere. Unde suggerit eis ꝙ non possint
ordinē prout scriptū ⁊ mandatum est
in regula ⁊ in statutis ordinis obserua
re tam propter suā fragilitatē ꝗ̄ etiā
ꝙ in pluribꝫ ipsam regulā vsq; ad ꝑ-
fectū ꝯsiderant a ꝓfessionis ordinis nō ex
equi nec ꝑficere ⁊ iō instabiles efficiū
tur. quia putant si professionē fecerit
sibi ex hoc ꝑiculum ĩminere ⁊ si ꝑ hoc
antiqu⁹ hostis preualere nō potest. tūc
immittit quendā affectum indiscretū
ita ꝙ aliqui corpus suū ꝑ vigilias. ie-
iunia. ⁊ orationes. ⁊ alias castigatio
nes nimis indiscrete affligunt in tan-
tū ꝙ propter hoc incidunt in debilita
tē corꝑis ⁊ capitis ⁊ ob hanc causam
aliqui sic debilitati de ordine egrediū
tur. si autem remanent ab hac infirmi
tate diu nō reformant̄. U Item
aliqua plurima que patiuntur nouelli
tꝑe probatōnis instinctu dyaboli que
faciunt eos fluctuare ⁊ esse in proposi-
to instabiles sicut quotidiana exꝑien-
tia quā plurimos docet in tali existen
tes. Contra ista impedimenta ⁊ temp
tationes sunt hec remedia X Pri
mū est habitare inter multos. quia ha
bitando inter multos videmus pluri
mos qui eandē forte temptatōem ha-
bent ⁊ viriliter sustinent ⁊ multos qui
iam euaserūt ⁊ ad maiora profecerūt
quos intuentes animamur ⁊ ĩ nostris
temptatiōibus non deficimus A
Scdm̄ est exempla respicere seniorū
habentiū timorē ⁊ amorē dei quorum
exemplo possimus accendi ⁊ in bono
ꝓposito firmari B Terciū est aꝑi
re ꝯscientiam. multum enim valet ad
tēptatōes mitigandas manifestare su
as passiones ⁊ impugnationes senio-
ribus ꝑ hūilem cōfessionem. C
Quartū quod est maximū querere su
per hmōi temptatōibus ⁊ ꝑplexitati
bus a senioribus timorē dei habentibꝫ
ꝯsilia q2 nihil ita efficax est ad euaden
dū laqueos diaboli quēadmodū sunt
ꝯsilia de hūili corde procedentia qui
bus ꝯsilijs dꝫ vnusquisq; nouellus ⁊ ĩ
his temptatōibus laborās acquiesce-
re ⁊ in cor suū monita salutis q̄si a deo
prolata assumere. Ad hoc faciendum
beatus grego. hortatur nos dicens.

Collocutiōis vox plusq̄ȝ lectiōis s̄mo
torpētia corda excitat ꝛ de mortua pel
le ad hoīem viuū recurre. deuȝ in hoīe
consule. apꝫ impedimentū ꝛ quere me
dicamentū. ausculta in mēte nō homi
nē de se mendacē sed ꝑ hoīem deū ve/
racem respondentē. docentē. ꝯsolantē
exhortantē. ꝛ disce diligenter ne sensu
proprio pro tollēdo impedimēto tali
forsitan vtaris remedio d̄ quo postmo
dū nascat̄ impedimenti maioris occa
sio. sicut estuans cōtra estū aqua se in/
frigidat ꝛ exinde postea magis estuat.
Hec greg. Cū vero ꝑcepto cōsilio me
diante gratia dei. homo in mente stabi
litus fuerit ꝛ in ꝓposito firmatus insū/
ditur sibi abundantior gratia deuotio
nis. Nam fit castus in cogitatōe deuo
tus ī oratōe suspēditur desiderijs efflu
it lacrimis sanctis affectibꝫ abundat.
vigilias. ieiunia. ꝛ ceteros labores li
benter suffert D Sed ne homo de
tot donis ꝛ ꝯsolatōibus presumat aut
eleuetur omīps deus gratiā dulcedīs
quam ꝯtulit ad horā subtrahit ex qua
subtractōe efficitur tediosus ad opus
bonū indeuotus in oratione ꝛ in cete
ris obseruātijs regularibus ꝛ incipit
homo tribulari ꝛ angustiari in semet/
ipō eo ꝙ nō sentit in se prioris gratie
et deuotionis dulcedinē. Contristat̄
mente ꝛ timet propter sua pctā que fe
cit se nō placere deo eo ꝙ suam gratiā
quam prius habuit ab ipso distulerit.
Et hec est secūda tribulatio siue temp
tatio vt s̄ premissum est. quā paciunt̄
nouiter ꝯuersi E Contra hanc tri
bulatōeȝ ꝛ recuperationē gratie qua ho
mo priuatus ē. sunt hec remedia. Pri
mū est lectio sanctarū scripturarū que
lectio sancta instruit in moribus ꝑdit
temptatōes donat ꝯsolatōes. Secun/
dū est pacientia vt pacienter sustinea
mus hāc aduersitatē nec moueam̄ pro
pter hoc a sctō ꝓposito. Terciū est fre/
qntia suspirioꝝ qr nō debemus cessare
a gemitu donec misereat̄ nr̄i deus no/
ster nobis suā grām infundēdo. Quar
tū ꝛ maximū est timor cū hūilitate. nā
sicut ꝓpter supbiā subtrahit̄ gratia ita
ꝑ hūilitatē ꝛ timorē recupatur. qr de⁹
supbis resistit hūilibus aūt dat gratiā
De hoc dicit btūs bern̄. In vitate di/
dici nil tam efficax ad gratiā ꝓmeren/
dā retinendā ꝛ recupandaȝ q̄ȝ si omni
tpe corā deo inueniaris nō altū sapē ȝ
timere. Vn̄ beatus es si cor tuū tripli/
ci timore repleueris. vt timeas quidē
pro accepta gratia amplius ꝓ amissa
longe plus ꝓ recupata qr vbi tibi gra/
tia deficit deficis ꝛ tu. argumētū ergo
supbie priuatio gratie est. Hec bern̄.
Vides g̃ ꝑ predcā ꝙ subtracta gratia
ꝓpter supbiā ꝑ hūilitatē ꝛ timorē euo
catur ꝛ reformat̄. Etiaȝ sciendū ꝙ pi
us dn̄s ꝯsiderans ꝛ vidēs fragilitatē
singuloꝝ ipsis nouellis ꝛ incipienti/
alleuiat pugnas temptationū ꝛ ꝯsola
tur dulcedine gratie sue ne ex difficul
tate temptatōnū ꝛ tribulationū dissol
uant̄ ꝛ ad seculū reuertant̄. quos vero
ꝑspexerit fortiores etiā in ipso princi
pio inchoatōis ꝑmittit eos pati pug/
nas temptationū vt ꝑfectius a pctīs
purgent̄ ꝛ citius coronent̄ F De
hoc dicit iohānes abbas mōtis synay
in tracta. de. xxx. gradibꝫ sic dispēsati
ue dicēs a nouis incipiētibꝫ pugnas
alleuiat aliqñ ex principijs confestim
in mundū denuo resoluit̄ igitur gaude
te in dn̄o semp omnes serui eius in vo
bismetipsis hoc signum charitatis re
gis ad vos cognoscentes. Sunt etiam
viriles anime ꝛ statim ex principijs
pugnans permittit in eis relaxari vo/
lens ipsas in breui coronare. Hec io/
hannes abbas. Et quamuis aliqui
dulcedinem diuine gratie. vt dictum

est tꝑe inchoatõis ⁊ ꝓbatõis accipiãt
plures tñ propter pctã diuersa in secu
lo cõmissa amaritudinẽ temptationũ
et tribulationũ paciunt̃ vt ꝑ lacrimas
ac cõpunctionẽ cordis a sordibus vi-
cioꝝ purgati mentis oculos ad supna
valeant eleuare ⁊ postposito timore fi-
lii ex caritate ⁊ ꝯfidetia ad amorem
celestis patrie suspirare. Qḋ ꝓbat ysi
do. sic dicẽs G Sciendũ ꝙ ꝯuer
si ad deũ plerũqꝫ alij incipiũt dulcedi
ne. alij tẽptationũ amaritudine. Om
nis ꝯuersus ãte ex fletu inchoat pecca
torũ ⁊ sic transeat ad desideriũ supno
rũ Prius em̃ lacrimis purganda sunt
vicia que gessimus ⁊ tũc mũda men-
tis acie id qḋ queremus ꝯtemplemur
vt dũ antea flendo pctĩ caligo a nobis
detergitur mũdatis cordis oculis libe
re supna inspiciant̃ ante necesse est ti
more cõuerti ad deũ vt metu futurarũ
penarũ carnales illecebre deuincant̃.
Deinde oꝫ abiecto timore ad amorẽ
vite eterne transire. Perfecta em̃ cari
tas foris mittit timorẽ Qui aũt timet
habet penã ⁊ nõ est ꝑfectus vñ necesse
est omni ꝯuerso vt post timorẽ cõsurge
re ad charitatẽ dei debeat quasi filius
ne semꝑ sub timore iaceat q̃si seruus
tũc em̃ amorẽ nr̃e ꝯuersiõis oñdimus
si deũ ⁊ patrẽ diligimus quẽ prius fi
li mente verebamur vt dñm formidabamus.
Hec ysido. H Notandũ etiã ꝙ
deus quos ad magnũ sanctitatis statũ
ꝓmouere desiderat Primo fouet eos
dulcibꝫ blandimentis. Scḋo exercet
duris ⁊ asperis temptamẽtis. Tercio
firmã ⁊ stabilẽ dat tranquillitatẽ mẽ-
tis. Primũ exhibet incipientibꝫ. Se
cundũ proficientibꝫ. Terciũ ꝑfectis.
impossibile est supbiam premere. auariciam cohibere. inuidie fauces extinguere. nudam mentem a luxurie petulantia custodire. qui virus malicie adversus offendentem nequit expellere. qui pro seruanda censura iusticie succumbit iniuriam sustinere. quid aliud dicendus est. nisi q2 quantum ad professionem quidez iam in sacra milicia nomen dedit. sz quid sit spirituale certamen penitus non agnouit. ymo ad pfectionem tendentib9 hec totis virib9 obseruare necesse est vt salubriter rigidi magis discant ista nocere atqz vincere. Pudeantqz hi qui se mortuos pfitent esse cum xpo rebelles motus carnis. ac passiones aīmorum adhuc in se procaciter viuere. Discat igitur miles xpi dum adhuc nouus est manus cōserere. discat emergentib9 quibuscqz vitijs put res dictauerit obuiare. huc illuc circūductis viuacis experientie oculis. puidus vertat. et singulis quibuscqz iaculis que mittūt cōgrue defensionis tegmen opponat. vt superbiam humilitate deijciat. gulaz sobrietate restringat. mansuetudine iracundiam calcet. Auaritiam largitate refrenet. ardorem libidinis terrore perpetui ignis extinguat. odij trabem flamma suauissime caritatis exurat Delectat certe deus isto certamine qui subtiliter ac pfunde cōsiderat totum quicquid est illud. quod versat in mente. Gratulant angeli ad tale spectaculum. videntes q humana natura in eo q cōtra seipsaz pugnat ad eoꝶ se cōsortium vnde fuerat eiecta reformat. et sibi rixando ad veram pculdubio pacem tendit quaz olim sibimet cōsenciendo q2 nō repugnauit amisit. nec cōqueramur fratres mei si ad votum mox cuncta non vincimus si huius conflictione certaminis erumnas labores angustias et grauissimum sepe fluctuantis aīe tedium sustinemus. in hoc em̄ nobis dina dispensatione pspicitur. ne repentina victoria in arrogantiam animus noster extollatur et de altitudine sua pfundius corruat si non auctori deo sed victorie vires attribuat. Unde fratres carissimi qui ad sacrum ordinez nos venisse gaudemus. hic nostra tota interior versari debet. videlicet vt mens nostra virtutum armis in spirituali certamine se semper exerceat. et vitioꝶ potentia. que circa nos mitescere nesciunt. feruido spiritu debellare cōtendant. parati simus semper irruentes vitioꝶ cuneos ac fremētes bestias de agro nostri cordis eijcere. nullumqz eis in ea que nostri iuris sunt pmittamus locum puerse dominationis habere. hec petrus dami. S Audiuimus igit nunc ex premissis cōdictionem et dissolutā vitam quorundam fratrum in habitu quidem religionis existentium. sed puerse viuentium. audiuimus etiam cōuersationem sanctam et ordinatam religiosorum ac deuotorum monachoꝶ Quisquis ergo in bono proposito et in statu religioso se eē deprehenderit. in eodem sancto proposito ac cōuersatōne bona seu virtuosa studeat pficere ac pseuerare. vt cū sanctis et religiosis monachis premium et gloriam post hanc vitaz valeat obtinere. Quisquis vero indissoluta inordinata ac puersa vita se positum esse cōspexerit. timorez mortis et penam gehenne ante oculos mentis reducat. et penitentiā a suis prauis actib9 agere non obmittat Quicquid ergo peruerse agendo cōtra dominum se cōmisisse senserit hoc totum p opera penitentie superius premissa videlicet per cōtritionem cōfessionem et satisfactionem delere studeat. puniat inqz seipsum per cordis cōtritionem. lacrimas

fundendo. per oris confessionem rubo
rem sustinendo. per satisfactõnem ope
ra virtuosa exercendo. ⁊ de cetero a si-
milibꝰ malis cauendo. Qui autem sic
se punit veniam suorum scelerum a do-
mino ꝯsequetur. De tali penitente di-
cit beatus augustinus. Quid est homo
penitens nisi homo iratus sibi. qui vt a
deo accipiat veniam suo iudicio de se-
ipso exigit penam. hec augustiꝰ. Non
solum autem talis penitens peccatorũ
veniam. imo etiam gratiam in presen
ti ⁊ si pseuerauerit gloriam in futuro.
a christo domino obtinebit. sed ⁊ sta-
tum pristinum religiosoꝝ monachorũ
ꝓpter mala ⁊ peruersa opera perditum
per huiusmodi penitentiaȝ se domino
cooperante reformabit Sic igitur ha
bemus de statu incipientium quivt su-
pra dictum est ꝯsistit in vera penitentia
⁊ eius partibus. videlicet contritõne
confessione. ⁊ satisfactione. ⁊ quibus
dam circumstantijs tangentibus eius
dem penitentie partes De quibus om
nibus prout dominus donauit tractan
do hanc materiam dicta quedam ⁊ au
toritates sanctorum patrum in vnum
collegi vt condictio siue status incipi
entium siue penitentiũ aliqualiter ista
legentibus patefiat.

Explicit liber primus
Malogranati.

Incipit secundus liber qui tractat
de statu proficientium.

Distinctio .I. Filius

Accepta infor
matione a te pater ⁊ doctri
na salubri de statu peniten-
tium seu incipientium. nũc instrui de-
sidero de statu ꝓficientiuȝ. ⁊ primo in
quo ꝯsistit status ꝓficientium de hoc ꝑ
te cupio edoceri.

Capitulũ .I. Pater. X

Scire de
bes ꝙ status ꝓfi
cientium ꝓut su
pra dictum ē in
tribꝰ ꝯsistit. vi-
delicet in pecca
toꝝ siue vitiorũ
detestatõe. in virtutum operatiõe. ⁊ in
temptationũ perpessione. Postꝙ igi-
tur peccator post mlta flagicia ⁊ crimi
na est ad deum ꝯuersus per penitentiã
⁊ in eadem studet domino cooperante
cum omni sollicitudine perseuerare.
hic talis statum incipientiũ est egres-
sus V Sed necesse est vt quilibȝ
penitens seu deo seruiens incipiens ꝑ
acta penitentia. vel adhuc in actu peni
tentie existens peccata perpetrata aut
quecunqȝ alia scelera nondum cõmis
sa ex totis viribus ⁊ cum summa dili
gentia vitare teneť omne peccatũ mor
tale detestando si desiderat statum pro
ficientium ingredi. qui vt dictum est
primo ꝯsistit in vitioꝝ detestatione.

Filius.

Quid est peccatuȝ quod primo
detestari seu vitare debent ꝓfi
cientes.

Ca. II. Pater. X

Peccatum a doctoribus diuersis modis diffinitur Primo a beato augu. sic. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iusticia vetat Item sic ab eodem Peccatum est dictum factum vel concupitum contra legem dei. Tercio a beato ambro. sic. Peccatum est preuaricatio legis diuine et celestium inobedientia mandatorum. Item de eodem a beato augustino. sic dicitur. Peccatum est spreto incommutabili bono. mutabilibus rebus adherere In qua vltima diffinitione beati augustini notandum quod in peccato duo sunt. s. auersio a creatore. et conuersio ad creaturam. quod potest esse peccatum mortale et nonnunquam etiam veniale. A Veniale est quando quis in creatura delectatur plus debito sed tamen citra deum Quandoque etiam potest quis delectari in creatura sine omni peccato. vt cum delectatio naturalis est tantum secundum quod visus delectatur in viridi. gustus in dulcedine etc. Interdum etiam potest quis delectari in creatura meritorie quando. s. ad deum refertur. Unde psalmista. Delectasti me domine in factura tua Sed cum creatura diligitur vltra creatorem tunc mortaliter peccatur. quoniam peccatum mortale est auersio totalis ab incommutabili bono et conuersio totalis ad bonum commutabile. B Peccatum autem mortale ab omnibus est vitandum et detestandum. quia multa mala infert peccantibus Primo obligat hominem ad duo videlicet ad culpam et ad penam eternam. De hoc richar. de sancto victore propter peccatum obligatur homo ad duo ad culpam et ad penam. In vno obligatur vinculo captiuitatis. in altero vero debito damnationis. cum enim homo in aliquod peccatum graue ceciderit. iam non est in eius potestate. vt per semetipsum resurgere possit. per semetipsum potest a domino recedere sed per semetipsum non potest ad dominum redire C Hinc est quod obligatio culpe dicitur mors anime. quia sicut per mortem exteriorem restringitur per opera que sunt ad vitam istam sic anima per obligationem culpe mortificatur ad opera que sunt ad vitam eternam. Hec richardus Omnia namque opera quantumcunque bona prodesse non possunt nec sunt meritoria ad vitam. nisi prius a peccatis abstineatur. Teste beato augu. qui dicit. sicut omnia medicamenta non valent ad sanandum vulnus quamdiu ferrum fuerit infixum nisi ferrum extrahatur. ita omnia beneficia non proderunt tibi nisi peccatum relinquatur. Nihil enim prodest ieiunare et orare et alia religionis opera facere. nisi mens ab iniquitate reuocetur. hec augu. Ipsa etiam peccata siue vitia seu amor terrenorum hominem tenebrosum reddunt. affectum spiritualem a mente repellunt. et delectationem celestium bonorum in corde extingunt. De hoc beatus aug. sic dicit. Peccatum est tenebra. quo intellectus obtunditur. et totus homo interior obtenebratur Unde necesse est vt tanto solicitius mentales oculi a peccati tenebris per compunctionis lacrimas continue expurgentur. quanto amplius per has contemplationis radius obnubilatur. Hec aug. et ansel. quasi querulando de hoc dicit. Affectus carnalis infatuat in me saporem spiritualium. intentio inferiorum incuruauit animam meam ab intuitu supernorum. amor terrestrium extinxit in me delectationem celestium vsu vitiorum euanuit in me sensus verorum bonorum. Hec anselmus. Non solum autem peccatores propter sua mala his bonis spiritualibus et eternis priuantur verum etiam filii diaboli efficiuntur. Teste domino Qui peruersis iudeis dicit. vos ex patre diabo

lo estis. Et statim subiungit causam
quare dicens. Et desideria patris ve-
stri vultis facere Desideriū enim ma
ligni spūs est. vt mortaliter peccando
a deo recedamus ꝛ eius mēbra siue fi
lij efficiamur. qꝛ totiens quisqꝫ ex dya
bolo nascit̃ siue veneraṫ vel adorat euꝫ
quotiens mortaliter peccat. Hoc affir
mat beatus ihceronimus sic dicens. To
tiens ex dyabolo nascimur. quotiens
mortaliter peccamus. Itē dicit. Toti
ens dyabolo genu flectimus quotiēs
peccamus D Et notandū ꝙ om
nis qui iuste ꝛ religiose viuit ē equus
dei in quo sedet. quē regit ꝛ ad se ꝑdu
cit. Sic omnis ꝑuersus ꝛ vitiosus est
equus dyaboli cui presidet. quē etiam
ad perditōem ducit. De quo dicit bea
tus gregori. sup canti. exponens illud
Equitatui meo in curribꝫ pharaonis
assimilaui te amica mea. id est dum tu
esses in curribꝫ pharaonis. dū adhuc
operibꝫ demoniacis deseruires prede-
stinatōe ego te equitatui meo assimi-
laui. Omnes eī qui luxurie. auaricie.
superbie. inuidie ꝛ fallacie deseruiunt
adhuc sub curru pharaonis sunt. id ē
sub regimine dyaboli Omnis ꝟo qui
in humilitate. in castitate. in doctrina
ꝛ in caritate feruet. iam equus effcūs
est creatoris sui. iam in curru dei posi-
tus est. iam sessorē habet deum. Unde
cuidā cui presidebat dominus dr. Du
rum est tibi ꝯtra stimulum calcitrare
Calcitrare nō potes. iam tibi ego pre
sideo. hec greg. Et sicut anime virtuose
ꝓpter vite sanctimoniā sunt habitatō
siue locus dei in quibꝫ libenter pausat
sic corda peccantiū ꝛ male viuentium
sunt locus dyaboli in quibꝫ requiescit
Quod ꝓbat beatus greg. sup ezechie.
tractans illud verbū. benedicta gloria
domini de loco suo sic dicit. Ibi inha-
bitat deus vbi vera pax querit̃ ꝛ inter-
ne ꝯtemplationis gloria amaṫ. Nam
qui ad ꝑuersitatem defluunt locus dei
esse ꝯtemnunt. Locus glorie dei est vel
sancta queqꝫ anima vel vnusquisqꝫ in
celestibꝫ permanens angelicus spūs.
ꝛ gloria domini de loco suo benedicit̃
cum vel ab electis hominibus vel a san
ctis angelis autori omniū laus eterna
cantaṫ. Locus aūt maligni spūs sunt
corda peccantiuꝫ. sed cū sibimet ipsis
irati ꝑ penitentiā redeunt ad vitā glo-
rie domini locus fiunt. iam enim ꝯtra
se erigunt̃. iam penitentie lacrimis in
sequunt̃ mala que ꝯmiserunt. Unā cor
da penitētiū fiūt iā dño locus suus. q̄
prius in peccatis posita fuerant locus
alienus. Ipsi autem qui a peccatis ad
dñm ꝯuertunt̃ non solum delent lacri
mis peruersa que fecerunt. sed etiā mi
ris operibꝫ ad alta ꝓficiunt. vt habita
culū omnipotentis dei fiant. hec greg.
De hoc etiam hugo de sancto victore
dr. In illis mentibꝫ dyabolus pulsat
que intus a calore diuini amoris frigi
de. foras aūt in fluxa carnalium volup
tatum delectatione gaudent. ꝛ que ꝓ-
inde amaritudo secutura est non ꝓui-
dent. hec hugo. Et notandum ꝙ anti
quus hostis diabolus etiam bonorum
mentes nonnunqꝫ ingreditur illicita
suggerendo ꝛ diuersis temptationibꝫ
fatigando. sed in eoꝝ cordibꝫ morari
non permittit̃. qꝛ immundis cogitati
onibꝫ iustoꝝ animus viriliter reluctaṫ
In reproboꝝ vero cordibꝫ malignus
spūs ingredit̃ ꝛ moraṫ. qꝛ prauas co-
gitationes quas ille suggerit libenter
suscipiunt. ꝛ sic tales ad ꝯsensum pec-
cati ac etiam ad opus ꝑuersum pertra
hunt̃. ꝛ ideo ꝓpter hoc in eoꝝ cordibꝫ
dyabolus ingrediendo dominaṫ Hoc
tangit beatus greg. xxvij. moral. expo
nens illud dictū. Ingrediet̃ bestia lati
bulum suum. ꝛ in antro suo morabit̃.

sic dicens. Quis alius noīe bestie nisi
hostis antiquus accipit. Sꝫ notandū
magnope est ꝙ hec bestia non soluꝫ an
trum suū ingredi sed in eo morari per
hibet. Aliquando em̄ etiam bonoꝝ mē
tes ingredit. illicita suggerit. tempta
tionibꝫ fatigat. rectitudinem spūs ad
delectationem carnis deflectere cona-
tur. delectationē quoqꝫ ad ꝯsensum ꝑ
ducere nitit. sed tm̄ resistente superno
adiutorio ꝑualere prohibet. Aliqn̄ er
go intrare mentes bonoꝝ potest. sꝫ in
eis morari nō potest. qꝛ cor iusti huius
bestie antrum non est. Quos em̄ quasi
ꝓprium antrū possidet. eoꝝ mentes ꝓ
culdubio immorans tenet. qꝛ in eis co
gitationes ad iniqua desideria ⁊ desi-
deria vsqꝫ ad nequissima opera ꝑducit
neqꝫ em̄ student reprobi suggestiones
eius. recta iudicij manu repellere. cu-
ius voluptatibꝫ appetunt subita dele-
ctatione seruire. cumqꝫ in eoꝝ cordibꝫ
prauū quid orit. mox ꝑ studium dele-
ctationis nutrit. ⁊ cū sibi minime resi
stitur. ꝓtinus ad ꝯsensum roborat. sta
timqꝫ ꝯsensus ad opus ducitur. opus
ꝙo ꝯsuetudine grauat. Recte ergo in
antro morari suo hec bestia dr̄. que taꝫ
diu cogitatōnes reproboꝝ nutrit. quo
usqꝫ eoꝝ vitam etiam aculeo praui o-
peris ꝑforet. vnde bene ad iudeam per
ꝓphetam dn̄s dr̄. Quousqꝫ morabunt
in te cogitationes noxie. neqꝫ em̄ rep̄-
hendit. cur veniant. sed cur morantur.
Et in bonoꝝ cordibꝫ cogitationes illi
cite veniunt sed tamen morari ꝓhiben
tur qꝛ recte quiqꝫ ne captiuandam do-
mum ꝯscientie prebeāt. ab ip̄o cordis
limine hostem fugant. qꝛ ⁊ si quando
repentinis suggestiōibꝫ vsqꝫ ad primū
vestibulum surrepit. ad ꝯsensus tamē
ianuaꝫ nō ꝑtingit hec greg. Sūt etiā
⁊ alia ꝓpter q̄ mortalia pctā sunt vitā
da. videlicet ꝓpter correptionē. Prop

ter reprobationem. ⁊ ꝓpter eternam
damnationē. Solet namqꝫ dominus
ꝓpter peccata admissa etiam suos ele-
ctos in hac vita multipliciter punire
eis multas tribulationes immittendo
vt per hoc purgent a suis delictis. Itē
nōnullos ds̄ omnipotens ꝓpter suas
prauitates. qꝛ ab his cessare nolūt so-
let dare in reprobum sensum. ac in ob
stinationeꝫ cordis irreuocabiliter tra
dere. Item multi ꝓpter ꝑuersam vitaꝫ
quam ducūt ⁊ carnalia delectamenta
que cito ꝑtranseunt eterna tormenta
⁊ damnationem incurrunt. que fineꝫ
habere possunt. Ista tangit richar. de
sancto victore sic dicens. Quis enim
est tā effrenatus. qui non studeat ꝯcu-
piscencias malas refrenare si diligen
ter attendat memoriterqꝫ retineat ꝙ
soleat dominus in quibusdā electis su
is malas delectatōnes in hac vita sep
tuplum punire. Et quisquis non perti
mescat. ꝑuersis ꝯsuetudinibꝫ pertina-
citer insistere. quis we non festinet pra
uum vsum carnis citius corrigere. cuꝫ
audiat quosdam in hac vita in repro-
bum sensum dari. ⁊ in mentis obstina
tionem obligationēqꝫ peccati irreme
diabiliter tradi. Quis etiam tā insen-
sate tā obstinate mentis homo vspiaꝫ
poterit inueniri. q̄ nō expauescat ⁊ om
nino abhorreat transitoria carnis ob-
lectamenta tormentis eternis merca-
ri. si diligenter inspiciat. indesinēter-
qꝫ attendat q̄ꝫ sint modica seu etiā mo
mentanea illa oīa carnis delectamēta
que ꝑtranseūt ⁊ sint īmania q̄ꝫ we atro-
cia illa tormenta eterna. q̄ finē non ha
bent. nec habere pn̄t. hec richar. Ecce
ad quanta mala ꝑducunt pctā morta-
lia. priuant quippe hominem ꝯsortio
filioꝝ dei. efficiunt eum filium diabo-
li ⁊ habitaculuꝫ spiritus maligni ⁊ ad
extremum tradunt eum eternis penis

inferni. O quanta stulticia et miseria est propter voluptates carnis et terrena desideria, perpetua gaudia perdere ac eterna tormenta incurrere. De hoc richardus de sancto victore sic dicit. Quis digne comprehendat. quis explicare sufficiat quanta sit stulticia. que infinita miseria summa bona sponte deserere. infima bona auide querere. eterna gaudia fastidire. transitoria ardenter concupiscere. pro perituris premia infinita perdere. et mala eterna incurrere

Filius.

Heu quanta mala vt ex predictis audio ipsa peccata et carnales voluptates inferunt hominibus vnde desidero vt de predictis capitalibus siue mortalibus et eorum circumstantiis. aut quomodo vel per quem modum primo oriantur ipsa peccata velis me informare.

Ca. III. Pater. E

Debes scire quod peccatum primo oritur siue perpetratur quatuor modis in corde. videlicet suggestione. delectatione. consensu. et defensionis audacia. Fit autem suggestio per dyabolum. delectatio per carnem: consensus per spiritum. defensionis audacia per elationem. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Primo enim peccatum latenter agitur. postmodum sine confusione ante oculos hominum reatus aperitur. deinde ad consuetudinem vitium ducitur. vltimo obstinatione misere desperationis enutritur. et quanto diutius quis in vitiis per malam consuetudinem immoratus fuerit tanto debilior ad resistendum eius animus etiam si voluerit existit. quia quot vicibus praue actionis vsu astringitur. quasi tot vinculis ligatur. Ista commemorat beatus gregorius .iiii. moralium. sic dicens. Quippe quatuor modis perpetratur peccatum in corde. quatuor consummatur in opere. In corde namque suggestione. delectatione. consensu. et defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersarium. delectatio per carnem. consensus per spiritum. defensionis audacia per elationem. Culpa enim que tenere mentem debuit extollit ipsam et deiiciendo eleuat sed grauius eleuando supplantat. Unde et illam primi hominis rectitudinem hostis antiquus his quatuor ictibus fregit nam serpens suasit. eua delectata est. adam consensit. qui requisitus confiteri culpam per audaciam noluit. Hoc vero in humano genere quotidie agitur quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suasit. quia occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit. eua delectata est. quia quasi carnalis sensus ad verba serpentis mox delectationi se substernit. assensum vero adam mulieri prepositus prebuit. quia dum caro in delectatione rapitur. etiam a sua rectitudine spiritus infirmatus inclinatur. Et requisitus adam culpam confiteri noluit. quia videlicet spiritus quo peccando a veritate disiungitur. eo in ruine sue audacia nequius induratur. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latet culpa agitur postmodum ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur. dehinc ad consuetudinem ducitur. ad extremum quoque vel false spei seductionibus vel obstinatione misere desperationis enutritur. Hos itaque modos peccati qui vel in corde latenter fiunt vel patenter in opere perpetrantur beatus iob considerans ait. Quare non in vulua mortuus sum Uulua quippe peccati est hominis culpa latens. que occulte peccatorem concipit. et reatum suum adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero non statim perii. A vulua exitur ab vtero cum

peccator que in occulto ꝯmisit hec etiã
in aperto ꝯmittere non erubescit Qua
re exceptis gemibꝫ.quia nimirum cum
peccator iam de iniquitate sua nõ con
funditur.in iniquitate eadem etiam am
miniculis pessime ꝯsuetudinis robora
tur. Quasi gemibꝫ pctõr fouetur vt cres/
cat.dum culpa ꝯsuetudinis firmatur vt
viuat Cur lactatus vberibꝫ. Quia dũ
prodire culpa in vsum ceperit. nimirũ
vel falsa spe diuine mĩe. vel apta mise
ria desperationis pascit. vt eo nequaq̃
ad correctionem redeat.quo vel facto
rem suum pium sibi inordinate stimu
lat vel hoc qđ fecit inordinate formi/
dat. Et notandum ꝙ culpa cũ in vsuz
venerit ei aĩmus etiam si appetat. debi
lis resistit qꝛ quot vicibꝫ praue frequẽ
tationis astringitur. q̃si tot vinculis ad
mentem ligatur Sciendũ quoq̃ est ꝙ
illi tres modi peccantiũ facilius cor
riguntur.quartus vero difficilius emen
datur. Unde ꝛ redemptor noster puel/
lam in domo. iuuenem extra portã de
sepulcro aũt lazarum resuscitauit Ad
huc quippe in domo mortuus iacet. q̃
latet in peccato.iam qua extra portaz
educitur.cuius iniquitas vsq̃ ad verecũ
diam publice ꝑpetrationis aꝑitur. Se/
pulture ꝟo aggere ꝓmitur.qui in per/
petratione nequitie etiam vsu ꝯsuetu/
dinis grauatur sed hos ad vitam misera/
tus reuocat.qꝛ plerũq̃ diuina gratia
non solum in occultis.sed etiam in a/
pertis iniquitatibus mortuos ꝛ mole
praue ꝯsuetudinis pressos respectu sui
luminis illustrat Quartũ vero mortuũ
redemptor noster nũciante discipulo
agnoscit.nec tñ suscitat qꝛ difficile est
valde.vt is quez post vsum male ꝯsue
tudinis etiam ad vltimũ adulantium
lĩgue excipiunt a mentis sue morte re/
uocetur de quo ꝛ bene đr. Sine mortu
os sepelire mortuos suos. Mortui
mortuum sepeliunt. cum peccatores
peccatorem fauoribꝫ premunt. Quid
enim est aliud peccare q̃ occũbere. sed
qui peccantem laudibꝫ prosequuntur
extinctum sub verborum suorum ag/
gere abscondunt F Difficile enĩ
emendatur peccatum. quod linguis pra
uorum hominum nutritur. hec gregori/
us Unde vigilandum est vt sensus ex
terior maxime visus ab inordinato in
tuitu custodiatur. ꝛ cogitationes illici/
te primo cordi aduenientes valde ne/
cessarium est vt restringantur. qꝛ ex his
duobꝫ videlicet inordinato visu ꝛ ma
lo cogitatu omne peccatum ortum ha
bet. Nam cũ visus inordinatus non re
frenatur oritur exinde carnalis ꝛ illici/
ta cogitatio. ex cogitatione vero cũ ei
non resistitur generatur delectatio. ex de/
lectatione ꝯsensus. ex ꝯsensu ꝑuersũ
opus. deinde sequitur mala ꝯsuetudo pec
candi ꝛ obstinatio in oꝑibꝫ prauis. q̃
tandẽ ꝑducũt ad desꝑationẽ Hec pro
bat beatus greg. tractãs illud ꝟbũ O/
culus meus deꝑdatus est aĩam meã sic
đr. Uisum sequitur cogitatio. cogitatio
nem delectatio. delectationẽ ꝯsensus.
ꝯsensum oꝑatio. oꝑationẽ ꝯsuetudo.
ꝯsuetudinem necessitas. necessitatem
obstinatio. obstinationem desperatio.
desperationem eterna damnatio. Hec
gregorius. Periculosum ergo multũ
est non refrenare in principio tempta
tionis sensus suos ab illicitis spectacu
lis ꝛ cor a cogitatõibꝫ noxijs. sed ne
quissimum est mortaliter peccare. suꝑ
oĩa hec peius est ꝯsuetudinẽ peccãdi fa
cere. qꝛ valde difficulter praue ꝯsuetu
dini repugnatur Uñ ysidorus. Cogita
tio prauã delectationẽ parit. delectatõ
ꝯsensum. ꝯsensus actionẽ. actio ꝯsue
tudinẽ. ꝯsuetudo nccitatẽ Sicq̃ his
vinculis hõ implicatus q̃daz cathena
vicioꝝ tenetur. ita vt ab ea euelli nequa

q̄ valeat. nisi diuina grā manū iacen
tis apprehendat. vnde nequissimū est
peccare. sed peius est ꝯsuetudinem pec
candi facere. ab illo facile est recedere
ab hoc cū labore resurgit cum male cō
suetudini repugnat. Habemus igitur
ex iam dictis quibus modis oriť aut ꝑ
petrať peccatum.

Capitulum .IIII. G

Nunc aūt vidē
dum est de peccatis capitalibus
seu mortalibus ⁊ circūstantijs eorundē
Peccata siquidē mortalia siue capita
lia septē sunt in numero. videlicet su
perbia. ira. accidia. auaricia. gula. in
uidia. luxuria. que infinita mala cōfe
runt ꝯmittentibus ea. De hoc dicit hu
go de sancto victore. Septem capita
lia sunt vitia. videlicet sup̄bia. ira. in
uidia. accidia. auaricia. gula. luxuria.
Ex his tria hominem expoliant. nā su
perbia aufert homini deū. inuidia ꝓxi
mū. ira seipsum. Quartū vero spolia
tum flagellat. quintū flagellatū eijcit.
sextum eiectū seducit. septimum sedu
ctum seruituti subijcit. Anima enī ratō
nalis in sanitate sua vas est solidū ⁊ in
tegꝝ nullam habens corruptōem. quā
vitia venientia in eā hoc modo viciant
⁊ corrūpunt Per superbiam inflať. ꝑ
inuidiā arescit. per iram crepat. per ac
cidiam frangiť. per auariciam dispgi
tur. per gulam inficiť. per luxuriā con
culcať ⁊ in lutum redigiť. hec hugo.

H Et notandū q̄ vnum peccatū
nasciť ab alio qd̄ sic apparet. Sup̄bia
q̄ vult omnes precellere dolet si aliqs
ei equať. ⁊ sic ex ea nasciť inuidia In
uidus vero q̄ de facili irasciť ei cui in
uidet. ideo ex eo nasciť ira. sed ira cuꝫ
se non p̄t vindicare tristať. ideo ex ira
nasciť accidia. Accidia vero ꝯsolatōeꝫ
querens facit auaꝝ. Auarus aūt q̄ in
tꝑalibus abundat. magis exercere pōt
gulā. Gula vero ꝑ ventris repletōnem
de facili spumat in libidinē ⁊ ira gene
rat luxuriā. Ecce quō vnum vitiū mor
tale nasciť ab alio Sed nōnulli docto
res dicunt q̄ ex sup̄bia primo nasciť
inanis gloria. ex inanī glīa inuidia. ⁊
sic vitia subseq̄ntia, put supra positum
est. Unde per quendā sic d̄r. Ex super
bia nasciť inanis gloria. Superbus enī
vult ab oībus laudari vt possit ab om
nibus honorari. Ex hac aūt inuidia na
sciť. q̄ dū laus appetiť eadem alijs in
uideť Ex hac iteꝝ ira. q̄ dum mēs ex
aliena felicitate torqueť. necesse est vt
oculus mentis per iracundiā turbetur.
Ex ira aūt accidia. q̄ dū mens inordi
nate turbať omne bonū in fastidiuꝫ ei
vertiť. Ex accidia vero auaricia. quia
dū turbata mens est tristis ⁊ nullā in
terius ꝯsolatōem sentit. foris eā in ter
renis per auariciam querit. Ex auari
cia vero gula q̄ qd̄ ꝯgregauit auaricia
gula depascit. vn̄ dites solēt eē gulosi
sicut ille qui epulabať quotidie splen
dide. Ex gula aūt luxuria. q̄ venter ⁊
genitalia vicina sunt. Per vicinitateꝫ
membroꝝ sequiť ꝯfederatio vitiorꝫ
Ex his itaq̄ vitijs sibi ipsis ꝯnexis q̄si
cathena ꝯficitur qua pctōr ligatus ad
infernum trahiť. hec ille. Beatus etiā
grego. faciens mentionē de eisdē mor
talibus peccatis similia sentit. adiun
gens quasdam deceptōes quas predi
cta vitia suggerūt mēti ad seducendā
eā atq̄ peruertendaꝫ. Uñ de hoc. xxxi
moraľ. exponens illud. Ex hortationē
ducum ⁊ vlulatuum exercitus. sic di
cit. Temptantia quippe vitia que ꝑ in
uisibile contra nos prelium regnanti
super se superbie militāt. alia more du
cum preeunt. alia more exercitus sub
sequunť. neq̄ enī culpe oēs pari acces
su corꝫ occupant. sed dum maiores et

pauce neglectam mentem preueniunt minores etiã in numero ad illam se ca teruatim fundũt. ipa namq̃ vitiorum regina superbia. dum deuictũ cor plene ce perit. mox illud septem prĩcipalibus vicijs quasi quibusdã suis ducibus deuastandum tradit quos videlicet duces exercitus sequitur. quia ex eis proculdubio importune vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendemus. si ipsos duces specialiter vt possumus enumerando proferamus. radix quippe cũcti mali superbia est. De qua scriptura testãte dicitur. Inicium omnis peccati superbia Prime eius soboles septem nimirum principalia vitia. de hac virulenta radice proueunt. s. inanis gloria inuidia ira tristicia auaricia. ventris ingluuies. et luxuria. nam quia his septem vicijs nos captos doluit. idcirco redemptor noster ad spiritale liberationis nostre prelium spiritu septiformis gratie plenus venit. Ex his quibus videlicet septem quinque spiritualia. duo quoque carnalia sunt. sed vnũquodque eorum tãta sibi cognatione iungitur. vt nisi vnum de altero proferatur. prima namque superbie soboles est inanis gloria. quia nimirum. dum vani nominis potentiam appetit. ne quis hanc alius adipisci valeat tabescit Inuidia quoque iram parit. et quanto interno liuoris vulnere animus sauciatur. tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur. ex ira quoque tristicia oritur quia turbata mẽs quo inordinate se concutit eo adijciẽdo se confudit et cũ dulcedinem tranquillitatis amiserit nihil hanc nisi ex perturbatiõe subsequens meror depascit. tristicia quoque ad auariciã deriuatur. quia dũ confusum cor bonum leticie in seipso intus amiserit. vnde consolari debeat foras querit. et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat. quanto gaudium nõ habet. ad quod intrinsecus recurrat. post hec vero duo carnalia vitia. i. ventris ingluuies. et luxuria supsunt. Sed cũctis liquet quod de ventris ingluuie luxuria nascatur. dũ in ipsa distributione membrorum ventri genitalia subnixa esse videantur. vnde dũ inordinate reficitur venter aliud proculdubio ad contumelias excitatur Bene aũt duces exhortari dicti sunt. exercitus vlulare quia prima vitia decepte mẽti quasi sub quadã ratione se inserunt. sed innumera que sequuntur dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt. quasi bestiali clamore confundunt. Inanis aũt gloria deuictũ cor quasi ex ratione solet exhortari cũ dicit. Debes maiora appetere. vt qua potestate valueris multos excedere ea etiam valeas et pluribus prodesse. Inuidia quippe deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. in quo illo vel illo minor es. cur ergo ei equalis vel superior non es. quanta vales. que ipsi non valent. nõ ergo tibi aut superiores esse. aut etiã equales debent Ira etiam deuictũ cor quasi ex ratione solet exhortari dicens. Que erga te aguntur. equanimiter ferri nõ possunt. Hec imo patienter tolerare peccatũ est. quia et si non eis cũ magna exaspiratione resistitur. contra te deinceps sine mensura accumulantur. Tristicia quoque cor. quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. Que habes vnde gaudeas cum tanta mala de proximis portas. perpende cum quo merore omnes metuendi sunt. qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur Auaricia quoque cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. valde sine culpa est. quod quedam habenda cõcupiscis. quia multiplicari non appetis. sed egre pertimescis. et quod male alius retinet. ipse melius expendis Ventris quoque ingluuies deuictum cor quasi ex ratione exhortari solet cum

dicit Ad esum deus mundo omnia ꝯdidit. ⁊ qui bono cibo saturari respuit. quid aliud ꝗ͞ munere ꝓcesso ꝯtradicit Luxuria vero deuictū cor quasi ex ratōne solet exhortari cū dicit Cur te in voluptate tua modo non dilatas. cuȝ qđ te sequaꝛ ignoras. acceptum tpus in desiderijs expēdere debes. q₂ ꝗ͞citius pertranseat ignoras Si eñ misceri deus hoīes in voluptate coitus nollet. in ipso exordio humani generis masculū ⁊ feminā non creasset Hec est ducū exhortatio. que dū incaute ad secretuȝ cordis admittiꝛ familiarius iniqua ꝑsuadet. quā videliȝ exhortatōem exercitus vlulans sequiꝛ. q₂ infelix anima semel principalibꝫ vitijs capta. dum multis iniquitatibꝫ in insaniā vertitur ferali iam inanitate vastaꝛ. hec grego.

Capitulum V.

Postquaȝ dictū est de peccatis mortalibꝫ. siue capitalibꝫ in genere. nūc videndū est de vnoquoqꝫ vitiō seu peccato in specie Et primo de superbia que est regina oīum vitiorꝫ videndū est quid sit I Superbia vt dˀt augu. est peruerse celsitudinis appetitus. Nam sicut dˀt idem beatus aug. Superbia inuidet omnibꝫ superioribꝫ. s. q₂ illis non equaꝛ. inferioribꝫ ne illi equenꝛ ei. paribꝫ. quia ei equanꝛ. Unde elatio animi est vitium quo quis pati non vult priorez vel parem. K Diciꝛ autem superbia initiū omnis peccati triplici ratione. Primo ꝓpter causaȝ que inuenitur in omni peccato. q₂ in omni pctō inueniꝛ ꝯtemptus dei qui est quedā cā peccati Iste aūt ꝯtemptus est auersio a creatore que in oī pctō ē. vbi ꝓponiꝛ bonū ꝯmutabile bono incōmutabili. q₂ sic sine caritate alie v͞tutes sunt nihil. ita sine supbia alia vitia nihil sunt. abstrahe superbiam ⁊ habebis grām q₂ deus supbis resistit. humilibꝫ aūt dat grām Scđo q₂ principiū fuit peccatorꝫ. hoc eñ in genere peccauit dyabolus in celo. ⁊ primus homo in paradiso. Tercio q₂ nascunꝛ ex ea alia vitia vt supra dictū est L Sciendū aūt est ꝙ est ꝗ͞druplex supbia vicȝ cordis. oris. operis ⁊ habitus. De qua beatus bernar. adiungens quedam remedia sic dicit. Est supbia cordis. supbia oris. superbia operis. supbia habitus. Supbia cordis est. qñ in oculis suis homo est magnus. ꝯtra quam sapiens orat dicens. Extollentiam oculorꝫ meorū ne dederis mihi. Supbia oris vel lingue que ⁊ iactantia dˀr est qñ homo non solum magna de se sentit sed etiā loquiꝛ Unde ps. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa. ⁊ linguam magniloquam. Supbia operis est qñ homo quedam superba vt magnus appareat agit. De qua iterꝫ psal. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Superbia habitus est qñ homo vt gloriosus appareat preciosis se ornat vestibus. Unde apostolus. Non in veste ꝓciosa. M Sunt autem quinqꝫ ꝗ͞ ad remediuȝ tam mortifere pestis a domino rationali anime sunt ꝓposita. locus. corpus. temptatio dyaboli. predicatio xpi. ⁊ eius ꝯuersatio. Locus q₂ exilium. corpus q₂ onerosum. temptatio q₂ inquietat. predicatio christi q₂ edificat. ⁊ eius ꝯuersatio q₂ informat. His quasi quinqꝫ sensibus deus humilitatem operaꝛ in anima. Sicut eñ anima est vita corporis. ita deus ē vita aīe Et sicut corpus mortuū est qđ per quinqꝫ sensus non vegetaꝛ. ita anima mortua est que per hec dño non humiliaꝛ. hec bern. Et q₂ vita aīe deus est ⁊ sine grā dei ac boīs opibꝫ aīa viuere non pt. ido supbia valde fugienda est

et detestanda. qr ipa est que priuat hominem gratia dei. et effectum boni operis viciat impedit et interficit. De primo beatus bernardus sic dr. Superbia inuenta e in me et declinauit dominus in ira a seruo suo. ergo argumentuz superbie. gratie priuatio est. Subtrahitur enim gratia interdum non pro superbia que iam est. sed que profutura est. nam superbo oculo veritatis non videtur. sincero patet ibi eni inuenit requiem mansuetus et simplex vbi dolosus opprimitur et elatus. De eodem etiaz dicit remigius. Iusto dei iudicio omnis ei aufertur gratia diuini muneris qui moribus execrabilis superbie obruitur. et tumoris. hec remigius. N Qd aut opus bonum et virtuosum fit infructuosum et infectum pter vitium elationis ac superbie. probat hoc bernardus sic dicens Elatum cor durum et expers est pietatis. ignarum compunctonis. siccum ab omni rore gratie spiritualis. Porro elationem fugere super omnia vitia necesse e. quisquis eni altum sapit opus eius et patientia vanum sapit Superbia eni in penitentia vel patientia non committatur Dicit eni de hoc damascenus. Nulla virtus nulla actio elucescere poterit. cui etia minima scintilla superbie dinoscit inherere. hec damascenus O Vigilandum est ergo contra vitium supbie qr omnem statum et condictionem hominuz solet inuadere et temptare seculares videlicet nouiter puersos et etia iustos. De hoc per hugo. de claustro anime sic dr. Supbia est que seculares possidet et retinet. nouiter conuersos vexat et reuocat. iustos vero temptat et illudit. in secularibus appar3 in nouiter conuersis notat. et in religiosis quandoq3 latet Insidiatur secularibus. vt in prauo comprehendat opere. Religiosis vero insidiatur per gloriam laudis humane. hec hugo. P Sunt na q3 nonnulli. qui per cordis elationez alios quadam superba cogitatoe despiciunt. Et si aliqn aliquos exterius venerantur. intus tamen in cordis secreto in sua cogitatione se eisdem preferunt. et si habent in se aliquod bonum etia minimum statim oculos mentis a malis. que prius gesseru t auertunt. et solum paruum bonu. quod fecerunt tota intentione aspiciunt et pter hoc quasi sanctos se existimant. mala vero multa in quibus diuersi sunt non agnoscunt De talibus beatus grego. xxxiiij. moral. super illo vbo Omne sublime videt sic dicens. Omnes iniqui priorem cordis elati cunctos quos cernunt. supbie fastu despiciunt et si quando exterius venerant. intus tn in secreto cordis. vbi apud se sua estimatone magni sunt cunctorum sibi vitam meritumq3 postponut. qr per elatam cogitationem cordis in cuiusda3 se altitudinis arce posuerunt. Quibus bene per pphetam dr. Ve qui sapientes estis in oculis vestris. Hinc etiam paulus ait Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. hinc ad saulem dr none cum paruulus esses in oculis tuis. caput te constitui in tribubus israel Paruulus qppe in oculis suis est. qui in eo q semetipsum psiderat. imparem se alienis meritis pensat. na qsi grande se pspicit qsquis. qui se sup aliena merita elatone cogitatois extenderat David aut scm dina gra Saul reprobato ad regni gubernacula possidenda puauit. et tn pse qnte aduersario mete se huili substernebat. cui dino iudicio se platu ee nouerat. illi se huiliter postponebat. cui p electois gra3 icopabilr se nouerat meliore Discat igir quo huiliari, primis debeant. q adhuc quo loco apd deu ha

beantur nesciunt. si sic se etiã electi hu miliant illis quibꝫ iam se per interna iudicia antepositos deprehendũt. hoc autem proprium electorum semper esse solet quod de se semper sentiunt infra quam sunt. Hinc namque per eundem dauid dicitur Si non humiliter sentiebã etc. Hinc magister gentium suos ammonens di scipulos dicit. Superiores sibi inuicẽ arbitrantes. nam quia iniquus quisque in feriorem se omnẽ quem cogitat putat Ediuerso iustus studeat vt superiorem quemlibet proximũ attendat. ac ne dum se alij alter humiliat iret alter in elati onem bene vtraque partem ammonuit dicens. Superiores sibi inuicem arbi trantes. vt in cogitationibꝫ cordis et ego illum mihi preferã. et vicissim me ille sibi. et cum ab vtraque parte cor in ferius premitur. nullus ex impenso ho nore subleuetur. Sed hanc humilita tis formã reprobi cognoscere vel tene re contẽnunt. quia et si quando humiles se specie tenus ostendunt. humilitatis vim intrinsecus seruare negligũt. qui bus sepe accidit vt si quãdo vnũ quod libet bonũ vel minimũ faciunt a malis suis omnibꝫ respectu mentis auertunt atque hoc quod vel extremũ bonum fece runt tota intentione semper aspiciant et ex eo iam se quasi sanctos aspiciãt. ob liti malorum omniũ que commiserunt. vni us tantũmodo boni meõres quod for tassis facere nec perfecte potuerunt. si cut electis euenire solet. vt cum multa rum virtutũ gratia polleant. vnum eos vel tenuissimũ virium fatigans pulset quatenus tunc ex quadã parte se infir mari considerant. De his virtutibus in quibꝫ preualent se minime extollunt. dumque de infirmitate trepidant hoc quo que vbi fortes sunt humilius seruãt Se pe ergo reprobi per hoc quod vnũ vel mini mũ bonũ suum incaute conspiciunt. ma

la multa et grauia in quibꝫ diuersi sunt non agnoscunt. Et sepe electi per hoc quod tenuissimũ malũ suum infirmari tre pidant. mira dispensatõne agitur vt ma gna bona ad que peruecti sunt nõ amit tant. Iusta itaque et occulta examĩs mẽ sura dispoĩt vt iustos et mala adiuuẽt illos et bona aggrauent. dũ et isti ad per fectum boni vtuntur leuibꝫ malis et il li ad augmentũ mali intument mini mis bonis. Isti quippe inde perfecti us in bono proficiunt vnde magis tem ptantur. Illi autem ad maius malũ defi ciunt vnde de bono gloriantur. Sic ita que male bono vtitur impius. et bene ma lo vtitur probus. sicut sepe contingit vt ali us ex cibo salutifero inordinate sump to pestem languoris incurrat. alius de ueno serpentis in medicamĩe ordina te confectionis adhibito languorum mole stiã vincat Ille ergo quia cibo salutifero vti recte noluit inde perniciose moritur vnde alij salubriter viuunt. Iste autẽ quia veneno serpentis caute vti studuit inde salubriter viuit vnde alij pernici ose moriuntur. Uenenũ ergo serpentis non ipsam nequiciã sed suggestionem nequicie dicimus. quia nolentes sepe re nitentes temptamur. quod tunc in medi camen vertitur cum mens virtutibꝫ ere cta circumspectis contra se temptatio nibꝫ humiliatur. Iniqui igitur atque ab ap probatõne interni examĩs reprobi dũ quelibet opera faciunt in quibꝫ virtuti bus enitescant. humilitatis sensum pe nitus ignorant. quia nimirum huius leuia than membra sunt. de quo superna vo ce dicitur. omne sublime videt. hec gre gorius. ¶ Sciendũ quoque est quod alia vitia illas virtutes solũmodo im petunt quibꝫ ipse virtutes destruuntur vt videlicet ira patientiam. gula absti nentiã. libido continentiam expugnant. superbia vero nequaquam vnius virtutis

interemptrix est. sed contra oēs virtutes se erigit. vt quicquid illa inuadente agitur. deo placere non potest. q2 p hoc solum vane glorie seruit. Cuius etiam mentem hec pestis operit. clauso cordis oculo iudicij equitatem perdit. nam cuncta que ab alijs bene fiunt displicent ⁊ sola que ipe egerit etiam praua placent. Aliena opa semper despicit. miratur semp que ipse p se facit. ipa etiam supbia alios in reb9 secularib9 alios in spiritualib9 ɔstitutos possidet. aliter itumescit in infimis ⁊ terrenis reb9. aliter summis celestibusqꝫ virtutib9. Aliter hoc vitium temptat platos. aliter subditos. prelato nāqꝫ suggerit in cogitationib9. q2 solus vite merito super ceteros excreuit eiusqꝫ mentē erigit. viles atqꝫ inutiles eos qui subiecti sunt ostendit. ita vt nullū iam q̄si dignū respiciat. cui equanimiter loquatur. At ɔtra subditorum corda superbia instigat. vt sua acta ɔsiderare funditus negligant. ⁊ semp tacitis cogitationib9 rectoris iudices fiant. q2 dū in illo quod reprehendere debeant importune respiciunt. in semetipsis qd̄ corrigant nūqꝫ vidēt. Ista tangit beatus Grego. adiungens etiam quedā remedia ɔtra. hec. xxxiiij. morali. exponens illud. Ipse est rex super omnes filios superbie sic dicens. Scriptū est initiū oīs peccati supbia. Per hanc eñi ipe leuiathan. i. diabolus occubuit. p hanc sequentez hoīem strauit. eo etenī telo salutem nostre immortalitatis īpetijt. quo vitaz sue beatitudinis extinxit. vñ bene supbia radix vitior̄ eē monstratur. Sic eñi inferius radix tegitur sz ab illa rami extēduntur exterius. ita supbia intrinsecus celat sz ab illa protinus vitia alia pullulāt Intus namqꝫ prius ebulit in elatōne qd̄ foris postmodū spumet in ope Sz q2 occasio de supbie discussione se prebuit. debemus hanc sollicitius subtiliusqꝫ discutere atqꝫ ad humanas mentes quanta vel qualis veniat ⁊ quibus qualiter surripiat demonstrare. Alia quippe vitia eas solummodo virtutes impetunt. quib9 ipe destruuntur vt videlicet ira patientiam. castrimargia abstinentiam. Libido ɔtinentiaz expugnet. Supbia autem quā radicem oīm vitior̄ diximus eē nequaqꝫ vnius virtutis extinctione ɔtentam. ɔtra cūcta aīe membra se erigit. ⁊ q̄si generalis ⁊ pestifer morb9 corpus oē corrumpit vt quicquid illa inuadente agitur. etiaz sic eē virtus ostenditur. Ut per hoc non deo sed soli vane glorie seruiatur. quasi eñi tirannus quidā obsessam ciuitatez interemit. cū mentem supbia interrūpit. ⁊ quo ditiorez quemqꝫ ceperit eo in dominio durior exurgit. q̄ quo ampliores sine humilitate agit virtutes eo latius ista dominatur. Quisquis vo in se tirannidem huius pestis captiua mente susceperit. hoc primum damnum patitur. ꝙ clauso cordis oculo iudicij equitatem pdit. non cuncta que ab eis bene geruntur displicēt. ⁊ sola ea que ipe praue egerit placent Semper aliena opa despicit. semp miratur quod facit. q2 ⁊ quicquid egerit egisse se singulariter credit. ⁊ cū in cūctis se transcendere ceteros estimat. p lata cogitationum spacia secū deambulans. laudes suas tacitus clamat. Nonnūqꝫ vo ad tantam elationem mens ducitur. vt in eo qd̄ tumet. etiā p ostentationez locutionis effrenetur. sed tāto facilius ruina sequitur. quanto apud se quisqꝫ impudentius exaltatur. Sciendū quoqꝫ ē ꝙ ipa hec de qua loquimur elatio. alios ex reb9 secularib9. alios vero ex spiritualib9 possidet. Alter nāqꝫ intumescit auro. alter eloquio. alter infimis ⁊

terrenis reb9. alter summis celestibus virtutib9 vna tñ ⁊ eadem ante dei oculos agitur. q̄uis ad humana corda veniens in eoꝝ obtutib9 diuerso amictu pallieꝫ. nam cũ is qui prius de terrẽa facultate supbiebat postmodũ de sanctitate extolliꝫ. nequaq̄ coꝛ eius elatio deserit. sed ad eum cõsueta veniens vt cognosci possit neq̄ vestez mutauit.

R Sciendum quoq̄ est ꝙ aliter hec prepositos. aliter subiectos temptat. Prelato namq̄ in cogitationib9 suggerit. q2 solus vite merito super ceteros excreuit. ⁊ si qua ab eo aliquando bene gesta sunt. hec importune eius animo obijcit. ⁊ cũ hunc singulariter deo placuisse insinuat vt facile suggesta ꝑsuadeat. ipsa ad testimoniũ potestatis tradite retributõez vocat dicẽs Quia nisi omnipotens deus te omnib9 his meliorẽ cerneret. omnes hos sub tuo regimine non dedisset. Eiusq̄ mẽtem mox erigit. viles atq̄ inutiles eos qui subiecti sunt ostendit. ita vt nullũ iam quasi dignũ respiciat. cui equanimiter loquaꝫ Unde mox mentis tranquillitas in irã vertiꝫ q2 dum cunctos despicit. dũ sensum vitamq̄ omniũ sine moderamine reprehendit. tanto se ineffrenacius in iracundiã dilatat q̄nto eos qui sibi ꝯmissi sunt esse sibimet indignos putat. At ꝯtra subditoꝝ coꝛ superbia instigat. hoc summopꝫ agere nititur vt sua acta funditus ꝯsiderare negligant. ⁊ semꝑ tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiant. q2 dum in illo qđ reprehendere debeant importune respiciũt. in semetipsis qđ corrigant nunq̄ vident. Unde ⁊ tanto acrius pereant quanto a se oculos auertũt. q2 in hui9 vite itinere offendentes currunt dũ alibi intendũt Et quidem peccatores se esse asserunt. nec tamen tantum. vt tam noxie in regimine ꝑsone tradantur. ⁊ dum eius facta despiciũt dum precepta ꝯtemnunt. ad tantã vsq̄ infamiam deuoluunꝫ vt eũ res humanas curare non estiment. q2 ei quez quasi vite rigore precedunt esse sibi cõmissos dolent. Sicq̄ dum ꝯtra rectorem supbiunt. etiam ꝯtra iudicia ꝯditoris intumescũt. ⁊ dũ pastoris vitaz diiudicant. ipsam quoq̄ sapiam cuncta disponentis impugnant. Sepe autem rectoris sui dictis ꝯterue obuiãt ⁊ eandem vocis superbiam libertatem vocant. Sic quippe elatio se quasi pro rectitudine libertatis obicit. sicut se timoꝛ ꝑ humilitate suppoĩt. Nam sicut pleriq̄ retinent ex timore ⁊ tamen tacere se existimant ex humilitate. Ita nonnulli loquunꝫ impatientiam elationis. ⁊ tñ loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Aliquando etiã subditi ꝯterua que sentiunt nequaq̄ produnt. ⁊ hi quoꝝ loquacitas vix ꝯpescitur nonnunq̄ ex sola amaritudĩe intimi rancoris obticescunt. Qui per tumorem mentis procacitatis sue verba subtrahentes dum male loqui soleant peius taceant. quia cum peccantes aliquid de correctione audiunt. indignãtes etiam verba responsioĩs suspendũt Cum his quãdo aspere agitur. sepe ad querele vocem de hac ipsa asperitate ꝑsiliunt. Cũ vero eos magistri sui blande preueniunt. de hac etiã humilitate qua preuenti sunt grauius indignanꝫ ⁊ tanto eoꝝ mens fastius accenditur. quanto ꝯsideracius infirma iudicaꝫ. Hi nimiꝝ q2 humilitatẽ que virtutuz mater est nesciunt vsum sui laboris ꝑdunt. etiaz si qua bona sunt que opari videanꝫ. q2 surgentis edificij robusta celsitudo non figiꝫ que nequaq̄ ꝑ fundamenti fortitudinẽ in petra solidaꝫ. Soli g̃ ruine crescit qđ edificãt. q2 añ molẽ fabrice humilitatis fundamẽta

non parant. quos bene ab intimis pro dimus. si pauca in exterioribꝰ ostēdamus Cūctis namq apud se supbis cogitationibꝰ tumentibꝰ inest clamor in locutione. amaritudo in silentio. dissolutio in hilaritate. furor in tristicia. honestas in ymagine. erectio in sensu. rancor in responsione. hor mens semper est ad irrogandas ꝯtumelias valida ad toleranda infirma. ad obīam pigra. ad lacendū vero alios importuna ad ea que facere debet ꝛ preualet ignaua. ad ea aūt que nec debet nec preualet parata. Ad hoc aūt qȯ latenter desiderat querit. vt cogat̄ q2 dum metuit ex desiderio suo vilescere. optat vim in ip̄a sua voluptate tolerare. Igit̄ q2 humanos aīmos aliter temptari ex rebꝰ carnalibꝰ atq aliter ex rebꝰ spiritualibus diximus audiant illi Omnis caro fenum ꝛ gloria eius sicut flos feni. audiant isti qȯ quibusdam post mirabilia d̄r. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes qui operamini iniquitates. Rursum q2 aliter temptari p̄latos atq aliter subditos p̄fati sumus. audiant illi qȯ per sapientem d̄r. Rectorem te ꝯstituerunt. noli extolli. sed esto in illis quasi vnus ex illis. Audiāt isti. Obedite p̄positis vestris ꝛ subiacete illis. ip̄i em̄ puigilant quasi rōnem pro animabꝰ vestris reddituri. Audiant simul omnes Deus superbis resistit humilibꝰ autem dat gratiaȝ Audiant omnes. Immundus est apud deū omnis qui exaltat cor suuȝ Contra huius languoris membrꝝ audiamus cuncti. quid in gratia vitas doceat dicēs. Discedite a me q2 mitis sum ꝛ humilis corde. Adhuc namq dei filius formam nostre infirmitatis suscepit adhuc inuisibilis. non visibilis solū sed etiam despectus apparuit Ad hoc ꝯtumeliam ꝛ ludibria ꝛ irrisionuȝ probra passionū tormenta tolerauit. vt superbum non debere esse hoīem doceret humilis deus. Quāta ergo humilitatis est virtus. ꝓpter quā solam veraciter edocendam is qui sine estimatione magnus est. vsq ad passionem factus est paruus Quia em̄ originem ꝑditionis nostre se prebuit superbia diaboli. instrumentum nostre redemptionis inuenta est humilitas dei. Hostis quippe noster inter oīa voluit fieri elatus. redēptor aūt noster magnus manēs sup oīa. inter oīa dignatus ē fieri paruus. Sed melius ꝛ elationis cām detegimus. ꝛ humilitatis fundamenta aperimus. si breuius ꝯmemoratione ꝑstringimus quid de mortis auctore. qui de ꝑditore vite dicat̄. Ille namq dixit. In celum ꝯscendam supra astra celi exaltabo solium meū ascendā sup altitudinem nubium ꝛ similis ero altissimo. De auctore d̄r paulus. Cum in forma dei esset non rapinā arbitratus est esse equalem se deo sed semetipsum exinaniuit formaȝ serui accipiēs Ille nihil aliud mentes docet sibi subditas q̄ celsitudinis culmen appetere. cūcta equalia tumore mentis transcēdere. societatem oīm hoīm alta elatione trāsire ac sese ꝯtra potentiā creatoris erigere. Iste autez ad sputa. ꝛ palmas ꝛ colaphos ad spineam coronaȝ ad crucē ꝛ lanceā atq ad mortem veniens. membra sua admonet dicēs. Si quis mihi ministrat me sequat̄ Quia ergo redemptor nr̄a corda erigit hūilium. leuiathan iste rex d̄r supborꝝ. aperte ꝯgnoscimus. ꝙ euidentissimum reꝓborꝝ signum supbia est. at ꝯtra humilitatis electorꝝ Cū ḡ qȯ quisq habeat cognoscit̄. sub quo rege militet inuenit̄ vnusquisq em̄ quasi quendā titulū portat opis. quo facile ostendat sub cuius seruiat potestate rectoris. Vn̄ per

euangelium dr. A fructib9 eo℞ cognoscetis eos. Ne nos leuiathā istius mēbra mira faciendo fallerent. aptum signū dominus quo deꝑhendi valeat ostēdit dicens. ipse est rex sup omnes filios superbie. Qui ꝛ si aliquando fictā spem humilitatis assumunt. semetipsos tñ celare in omnib9 nequaq̄ pñt. qꝛ eo℞ superbiam diu latere non sustinent. ꝛ cū ex alia tegit̄ ex alia actione denudat̄. Qui vero sub rege humilitatis militant. semꝑ pauidi atq̄ ex omni latere circumspecti aduersum iacula elationis pugnant. ꝛ quasi ꝯtra venientes ictus solum magis in suo corpe oculum custodiūt. dum in semetipsis principaliter humilitatem tuent̄. hec grego. in moral. § Notandū est etiam ꝙ sunt nōnulli qui licet in statu humili sint positi apud se tñ in sua estimatōe magni ꝛ superbi esse nō desistūt Hi tales alijs preesse desiderant. adulationes querūt. fauorib9 intumescūt. ventura gaudia querunt. De quib9 dicit beatus grego. xxviij. moral. Multi sunt qui puuli esse despiciunt. vñ contingit vt etiā in humilitatis loco immanes apud se esse minime desistant. Hos plerumq̄ videmus honorib9 extolli. voluptatib9 perfrui rerum multiplicitate dilatari. Hi sepe nihil nisi p̄esse ceteris appetunt. a multis timeri gratulant̄ recte viuere negligunt. ꝛ recti famā habere ꝯcupiscunt. adulationes querunt. fauorib9 intumescunt. futura gaudia non querunt. qꝛ qui transitorijs occupatōnib9 obcecant̄ eterne lucis quanta sit claritas nesciūt. ꝛ dū in reb9 terrenis supbiunt. celestis sibi luminis aditū claudunt. Veritatis eī lumen qđ elatis occupatisq̄ mentib9 abscondit̄. afflictis humiliatisq̄ reuelatur. hec greg. Tales igit̄ cum ad prelationis honorem ꝑueniunt. metū sibi a subditis exigunt. ꝛ quasi deus honorari volunt Sed superb9 rector totiēs ad culpā apostasie dilabit̄ quotiens p̄esse hominib9 delectat̄. nec etiam pñt culpe numerari que in regiminibus a superbis prelatis ꝯmittunt̄. qui ꝑ vitium ambitionis prelationis culmē sub intrauerunt. ¶ De hmōi superbis rectorib9 beatus grego. xxiiij. moral. sic dicit. Sepe nouimus ꝙ plerique qui presunt inordinatū metū a subditis exigunt. ꝛ non tam ꝓpter dominū q̄ ꝓ domino venerari volūt Intus enī se tumore cordis extoll[illegible]. cunctosq̄ subditos in sua ꝯparatione despiciunt. nec ꝯdescendendo ꝯsulunt. sed dominando premunt. qꝛ videlicet alta se cogitatōne erigunt. ꝛ equales se illis quib9 preesse ꝯtingit non agnoscunt. Hunc tumorē per ꝓphetam dñs in pastorib9 increpans ait. Uos aūt cū austeritate impabatis eis ꝛ cū potentia. Ipsa enim bona que subditis dicūt dominando potius q̄ ꝯsulendo ꝓferunt. qꝛ si quicquid eis videlicet quasi ex eo quo eijcerent. semetipsos existimāt deiecisse. singularitate enī gaudēt culminis ꝛ nō equalitate ꝯditionis. s3 hec tumentia corda recto℞ subtiliter dñs p̄esat bene ꝯtra eos dr. Qui dicit regi apostata. vñ vnusquisq̄ supb9 rector totiens ad culpā apostasie dilabit̄ quotiens preesse hoīmibus delectat̄. ꝛ honoris sui singularitate letat̄ Sub quo eē sit non ꝯsiderat. ꝛ ꝙ equalib9 q̄si non sit equalis exultat Unde aūt hec radix vitio℞ pullulat in corde regentiū. nisi ex imitatōe illius qui despectis angelo℞ societatib9 dixit. Ascendā sup altitudinē nubiū. ꝛ similis ero altissimo. Quia vnusquisq̄ rector quotiēs extollit̄ in eo ꝙ ceteros regit. totiens ꝑ illapsum supbie a summi rectoris iugo separatur ꝛ cū equales sibi subditos despi

cit. eius sup̱ se dominium sub quo oēs
equales sunt non agnoscit ⁊ dū domi
nando p̄sunt. exemplo sue sup̱bie sub
ditos ad impietatem trahūt Ad vitā
namq̱ pietatis ducerent si subditorū
oculis hūilitatis exempla mōstrarent
Dux est aūt impius. q̇ a tramite veri/
tatis exorbitat. ⁊ dū ip̄e in preceps ru
it. ad abrupta seq̄ntes inuitat. Dux ē
impius. qui p̱tumoris exempla. viaȝ
ostendit erroris Und̓ necesse est vt is
qui p̄est. qui exempla subditis p̄beat.
solerter attendat. ⁊ tantis se sciat viue
re. quātis p̄esse. ac vigilanter inspici/
at. ne in eo ꝙ prelatus est intumescat.
ne iura debite potestatis imoderatius
exigat. ne discipline ius muteť in vigo
rem sup̱bie ⁊ vnde a p̱uersitate subdi/
tos restringere poterat. inde magis in
tuentiū corda p̱uertat V Nō aūt
debet hoīm ducatuȝ suscip̱e. qui nescit
hoīes bene viuēdo p̄ire. ne qui ad hoc
eligiť. vt alioꝝ culpas corrigat. qđ re
secare debuit. ipse ꝯmittat. hīc inde se
ꝗ qui p̄sunt circumspiciant vt ⁊ sibi
⁊ subditis viuant. vt ⁊ bonum qđ faci
unt intra sinum mentis abscondant ⁊
tñ ex eo ad p̱fectū seq̄ntium exempla
recte op̱ationis imp̱ciant. vt subdito
rum culpas aīaduertentes corrigant.
nec tñ per vim eiusdem aīaduersionis
intumescāt. vt quedā leuiter correpta
tolerent. nec tñ discipline vincula ea/
dem lenitate soluanť qua dissoluant ⁊
quedam tolerando dissimilent. nec tñ
ea crescere dissimilando p̱mittant. la
boriosa sunt ista ⁊ nisi dina gratia fulti
at. ad custodiendū difficilia sunt. Vñ
magnope curandū est. vt qui regēdis
hoīb̓ p̄ferť apud se in secretario cor/
dis in cathedra presideat humilitatis
cūq̱ iudicanti ei a ceteris foris assisti
tur. vigilanti oculo incessanter aspici
at. cui qñq̱ iudici ipse de his iudican
dis assistat. ⁊ quāto nunc ante eū quē
non videt sollicitius trepidat. tāto eū
cū viderit securior cernet. Penset er/
go q̄ qui ad satisfaciendū districto iu
dici de sua tantūmodo aīa fortasse vix
sufficit. ⁊ ad regendū subditis preest.
reddendo rōem tp̱e iudicij quomodo
apud districtū iudiceȝ ille sufficiat vt
ita dicam. qui regere tot solus aīmas
habet Que nimiꝝ cogitatio si assidue
mentem excoquit. omnem sup̱bie tu/
morem premit. ⁊ rector p̱uidus tāto
iam neq̱ rex apostata neq̱ dux impi/
us vocabiť. quanto ei cogitatiōe soli/
cita potestas que accepta est nō honor
sed onus estimať. nam cui esse iudicē
libet. huic tñ iudicem videre non libet
numerari eñ culpe nequeunt. que ha/
bende potestatis amore p̱petranť Tūc
solum vero potestas bene regiť. cū non
amando sed timendo retineť. que vt
ministrari recte valeat. oportet primū
vt hanc non cupiditas sed necessitas
imponat. Potestas autē nec formidi
ne debet deseri. nec ex libidine ample/
cti. Ne in peius quis quasi ex humili/
tate superbiat. dum diuine dispensati/
onis ordinem fugiendo contemnat.
aut eo iugum superni rectoris abijciat
quo eum super ceteros primatus regi
minis delectat. Potestas ergo cū p̱ci
pitur. non ex libidine amāda est. sȝ ex
longanimitate toleranda. vt inde tūc
ad iudiciuȝ salubriter laus fit. vñ nūc
ad ministeriū patienter innotescit. hec
greg. X Qūo aūt verus p̄latus
ac rector circa subditos sibi cōmissos
se habere debeat Idem beatus grego.
xxvj. moraľ. sic dr. Summus itaq̱ lo
cus bene regitur. cū is qui preest vitijs
potius q̄ȝ fratrib̓ dominať Cunctos
quippe natura equales genuit. Ut aūt
alijs ad regendū alij ꝯmittāť. nō eos
natura sȝ culpa preponit al's postponit

A vitijs aūt debent rectōres erigi. quorum etiam causa preferunt. et cum delinquentes corrigant. sollicite attendant vt per disciplinā culpas quippe iure potestatis feriant. sed per humilitatis custodiā equales seipsos fratribꝫ quos corrigant agnoscant. Quis plerumqꝫ dignū etiam est vt eosdē quos corrigimus tacita nobis cogitatione pferamus. illoꝝ namqꝫ per nos vitia discipline vigore feriunt. in his vero que ipsi pmittimus ne verbi quidē ab aliquo inuectione laceramur. tanto ergo apud deū obligatiores sumus quā to apud hoīes inulte peccamus. Disciplina aūt nostra subditos tanto diuino iudicio liberiores reddit. q̄nto hic eoꝝ culpas sine vindicta non deserit. Seruanda est itaqꝫ in corde humilitas et in opere disciplia. atqꝫ inter hec sollerter intuendū est ne dū immoderatius custodit virtus humilitatis soluant iura regiminis. et dum prelatus quisqꝫ plus se q̄ deceat deijcit. subditoꝝ vitam stringere sub discipline regimine non possit. Teneamus ergo exterius qd̄ p alioꝝ vtilitate accepimus Teneamus interius qd̄ de nostra estia tione sentimus. sed tn̄ decenter quibꝫdam erūpentibꝫ signis tales nos apud vos esse ipsi etiā qui nobis commissi sunt non ignorent. vt de autoritate nostra qd̄ formident videant. et de humilitate qd̄ imitent agnoscant Seruato aūt regimine ad cor nostꝝ sine cessatō ne redeamus et psideremus assidue q̄ sumus equaliter cū ceteris conditi nō q̄ temporaliter ceteris prelati. Potestas enim quanto exterius eminet. tanto interius debet premi ne cogitatōē vincat. ne in delectatōem sui animum rapiat. ne iam sub se mens eā regere non possit cui se libidine dn̄andi supposuit. Bene dauid regni potentiā regere nouerat. qui elationem eiusdem potentie semetip̄m premendo vicerat dicens. Dn̄e non est exaltatū cor meum. quiqꝫ in eiusdē humilitatis augmento subiunxit. neqꝫ elati sunt oculi mei. atqꝫ addidit. Neqꝫ ambulaui in magnis. qui adhuc semetip̄m subtilissima discutiens inquisitōē ait. neqꝫ in mirabilibꝫ super me Omnesqꝫ etiam cogitationes a fundo cordis exhauriens subiungens ait. Si nō humiliter sentiebam sed exaltaui animā meam. Ecce humilitatis hostiā ab intimo cordis oblatam sepe replicat. et iteꝝ atqꝫ iteꝝ pfitendo non cessat. eamqꝫ multipliciter loquēs iudicis sui oculis ostē tat. Quid est hoc et quō istud sacrificium deo placere cognouerat. q̄ in pspectu eius tanta iteratōē vocis immolabat. nisi q̄ vicina esse superbia potentibus solet. et pene semp rebꝫ affluentibus elatio sociat. Et qꝛ sepe honoris abundantia duriciam dat tumoris. mi mirꝫ est veꝝ nisi cū in sublimiū cordibꝫ regnat humilitas moꝝ. Unde pensandum est qꝛ potentes quiqꝫ cum humiliter sapiunt culmen extranee et q̄si longe posite virtutis attingūt. et recte hac virtute dn̄m quantotius placant. qꝛ illud ei sacrificium offerunt qd̄ poteres vix inuenire pn̄t. Subtilissima naqꝫ ars viuendi est culmen tenere. gloriā reprimere. esse quidē in potentia. s; potentē se esse nescire. Recte itaqꝫ de talibꝫ dr̄. Deus potentes non abijcit cū ipse sit potens. Deus quippe imitari desiderat. qui fastigiū potentie alienis intentus vtilitatibꝫ nō suis laudibus inflatus admīstrat. qui p̄latus ceteris pdesse appetit non pesse Tumoris nā qꝫ elatio non ordo ptāris in crimine ē Potentiā deus tribuit. elationē vero potentie malicia nr̄e mentis inuenit. Tollamus ergo q̄ de nostro ptulimus

⁊ bona sunt que deo largiente possidemus. hec greg. Omnis ergo homo cuiuscunq; conditionis siue sit platus siue subditus siue religiosus siue secularis huic piculoso vitio resistere studeat. ⁊ ipsam superbiam mox vt oriri ceperit abscindere festinet. ne dum negligenter admittitur ipsa vsu in corde roboretur. Ad hoc hortatur beatus greg. xxiiij. moral. sic dicens. Vitium supbie ab ipsa mox radice secandum est vt cum latenter oritur tunc vigilanter abscindatur. ne vsu roboretur. Difficile enim quisq; in se inueteratam supbiam deprehendit. quia nimirum hoc vitium quanto magis patimur tanto minus videmus. Sic quippe supbia in mente sicut in oculis caligo generatur. quo hoc se lacius dilatat. eo vehementius lumen angustat. Paulisper ergo elatio in precordijs crescit. ⁊ cum se vastius extenderit. oppresse mentis oculum funditus claudit. vt captiuus animus elationis typum pati possit ⁊ tamen id quod patitur videre non possit. hec greg. Et nisi tumor elationis statim cum in corde oritur suffocetur. coram deo omne meritum nostre actionis extinguitur De quo idem beatus grego. xxvj. moral. sic dicit. Ante subtile veritatis examen. securi omnino non sumus. si etiam humano iudicio quod in nobis reprehendi debeat. non habemus. Nam plerumq; negligentius cogitantes elatione pulsamur. quam tamen tacentes premimus. sed tamen nisi retractione concita tumor occultus in ipso cubili cordis in quo oritur suffocetur. coram districto iudice omne meritum actionis nostre extinguitur. Hinc ergo pensandum est illa cordis elatio. quanta animaduersione damnabitur. que vsq; ad audaciam vocis nutritur si neq; hec est excusabilis. que in corde latenter oboritur. Considerandum quoq; qualis intrinsecus regnet. que eo vsq; seruata est vt etiam foras erumpere non erubescit. hec gre. ¶ Sciendum etiam quod quatuor sunt species supbie. Prima est cum homo a se ipso estimat habere. quod habet. Secunda si desup datum credit suis meritis hoc se accepisse putat. Tercia cum iactat se habere quod non habet Quarta quando ceteris despectis singulariter vult videri. hos quatuor modos tangit beatus gregorius. xxiij. moral. sic dicens. Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantie demonstratur. Cum aut bonum a seipsis habere se estimant. aut sibi datum desup credunt. sed pro suis hoc meritis se accepisse putant. aut certe cum se iactare ceperint. de his que non habent. aut despectis ceteris singulariter videri appetunt. bonum habere. quod habent. hec greg. ¶ Sunt etiam secundum beatum bernardum. xij. gradus supbie. Qui sunt curiositas. mentis leuitas. inepta leticia. iactantia. singularitas arrogantia. presumptio. peccatorum defensio. simulata confessio. rebellio. libertas peccandi. consuetudo peccati. Numerus istorum sic accipitur. homo per supbiam deo iniuriatur. cui debet esse subiectus. homini cui debet esse par. ⁊ homini cui debet esse inferior. Sex primi gradus determinantur secundum iniuriam proximi. cui debet esse par. Quatuor alij secundum iniuriam que fit homini superiori. Duo vltimi determinantur proprie quantum ad iniuriam. que deo immediate fit. hoc ideo dicitur quia superiores gradus in deum redundant. sed mediante proximo Gradus autem vocantur quia a minore fit pgressio ad maius. primus enim malus. secundus peior. ⁊ sic ascendendo inuenitur quod vltimus est pessimus. Unde iniuria que est respectu paris est minor. illa vero que est respectu superioris est maior. sed illa que est respectu dei est maxima. propter quod ⁊ taliter

isti gradus ordinant. Notandum etiam q iusticia iuncta superbie peccato iuncta humilitati superatur. quia vitiu superbie ab ipsis celis pt deprimere. humilitas vero de abisso reatuum potest hoiem sublimare. De hoc criso. sup illo verbo Descendit hic iustificatus in domu suam ab illo. sic dicit. Geminas aurigas et duas bigas i stadio positas sermo pns ponit. in altera quidem iusticiä cum superbia. in altera peccatum et humilitatem. Et vides bigä peccati q superat iusticiä non proprijs viribus. sed humilitate coniuncta. illam vero devictam non fragilitate iusticie. sed mole et tumore supbia. nam humilitas sicut propter sui eminentiä peccati pondus supat et saliens attingit deu. sic supbia ob sui molem de facili iusticiam deprimit. Unde fastus superbie ab ipsis celis potest deprimere. humilitas vero et de abisso reatuu hoiem sublimare. Si ergo iuxta debita humilitas tam facile currit vt superbiä iusticie transeat. si iusticie coniunxeris eam quo nö ibit. Assistit enim tribunali diuino in medio angelorum cum fiducia multa. Rursus si fastus coniunctus iusticie eä deprimere potuit. si coniunctus fit pctö in quantam detrudet gehennam Hoc dico nö vt negligamus iusticiä. sed vt fastu vitemus. hec cris. Omnes ergo fideles studeant vitare vitium supbie. et spes et gradus eiusdem peccati. quia ipsa potuit angelos decipere. quanto magis et fragiles hoies valet corrumpe. et in pditionē adducere. Nam supbia ex angelis demões fecit. humilitas vero sanctis angelis similes reddit. Ad hoc hortatur beatus grego. sic dicens. Uitanda est nobis superbia que etiä angelos valuit decipe. quanto magis et homines dissipare. Superbia ex angelis demones facit. humilitas aut sanctis angelis similes reddit. hec greg. Unde valde est misey ac stultum q homo cum sit puluis et cinis et post paululu in puluerem sit redacturus psumit se in corde suo per vitium supbie super alios eleuare. Tales quippe hoies sic mēte elatos obiurgat beatus bernar. sic dicens Quid supbis cinis et puluis cuius cöceptus culpa. cuius nasci miseria. viuere pena. mori angustia ē. Cogita vnde venis et erubesce vbi es. et ingemisce quo vadis et contremisce. hec bern. Ergo vnusquisqz sapiens ac timens deu studeat et conet resistere vitio elatōnis et superbie ne contingat eum pati periculum anime sue. Filius

Post explanatōem factam de peccato superbie. nunc de vana glia cupio edoceri. Et primo quid sit vana gloria.

Capitulu. .VI. Pater.

Uana siue ianis gloria est inordinatus motus animi quo quis desiderat propriam excellentiä. vt alios suo honore precellat. ¶ Est aut differentia inter supbiam et vanä gloriä. quia licet vtrobiqz sit appetitus proprie excellentie. tñ superbo apparet sibi magnus intra. sed vaniglorius appetit in ore aliorum apparere plaudem ab extra. Qui igit seruire deo desiderat. bonu qd agit p hoc non hoibus sed ipsi dño placere studeat. De hoc dt beatus greg. Qui bona agit et p hec nö deo sed hoibus placere cupit. intentionis faciē deorsum premit. ille eni solu mö deo seruit qui studio placendi deo bonu qd exhibet facit. hec greg. Quicquid ergo boni homo fecerit causa vane glorie eterna dei mercede se priuat teste beato ilxro. qui dt. Quicqd egerimus cä vane glorie. hec merces tua. si humanä laudē querimus diuinä amit

timus. Dicit et beatus augu. Studendum est. ut bene viuamus. sed a laude hoim cauendu. si hic laus querit. illic remuneratio amittit. hec ille Est mirandum q sunt nonnulli religiosi. qui post contemptum auri et argenti suam paupertatem prouili precio. hoc est vana gloria venale faciunt. de hoc dt beatus bernardus. Mirum est vt qui aurum et argentu contempsimus. et neglectis illis gloriosis. sordibus intumescimus et thesauru paupertatis vili precio populari aure venalem facimus. hec bern. Nemo ergo querat laudari in vita ista. sed ois gloria vniuscuiusq religiosi intus in conscientia debet esse. no extra Ad hoc hortat beatus bern. etiam quibusda aspis verbis sic dicens Fratres nemo vestru velit laudari in ista vita. quicquid fauoribus captas. qd ad deu non retulis ipsi furaris. vnde tibi gloria putrida puluis. Quid nequius seruo vsurpanti sibi gloriam domini sui. propterea ois gloria sanctorum intra nos foris est. hec bernar. Unde fugieda est vana gloria qr sicut vermis ligna corrodit. sic hoc viciu aiam corrodit et consumit. Na ingrediendo corda que intus sunt bona aufert. teste crisostomo qui dt. Sicut vermis lignu corrodit. et erugo ferrum ita vana gloria nutrientem se pdit aiam. ideo multo studio opus est vt hanc destruamus passionem. nam occulte ingredit cor. et omnia que intus sunt insensibiliter aufert. hec crisostomus. Cum igit pulsatur aliquis vana gloria. ad memoriam reducat mala acta. que contra dominum fecit. et recognoscat se puluere esse. et eo citius hec viciosa pestis in corde conquiescet Und beatus grego. Cum bona fratres agitis. semp ad memoriam acta mala reuocate. vt dum caute culpa agnoscit. nunq de bono opere animus leuet. Und etiam beda. vicium vane glorie melius caueri non potest. q vt ad consciās nostras redeamus. nosq puluere esse consideremus. et si quid boni nobis inesse deprehendimus. non nobis sed deo ascribamus. hec beda. Unde bonum opus qd agimus et abscondendum est propter viciu vane glorie. et tn aliqn publicandu. propter edificationem aliorum. qd suadet beatus ambrosius sic dicēs Bona nostra que agimus et propter timorem vane glorie aliquando debemus abscondere. et propter aliorum vtilitatem nonnunq palare. hec ambrosius. Ille nanq qui iam humilitate firma fundatus est. debet aliis qd agit propter edificationem palare illi vero qui adhuc vexant amore vane glorie bona sua opera in occulto agant. ne mercedem propter huiusmodi vanitatem pdant. vnde ysidorus Ille debet publicare bonu qd agit qui pfecta humilitate fundatus est nulla iam elatione contingit. nam is qui se intelligit amore adhuc laudis pulsari facta bona in occulto agat. ne forte qd egerit pdat. Interdu namq etia viri sancti tangunt elatione. sz ab huius surreptionis malo humilitatis compunctione purgant. hec ysido. Si igit vt dt crisosto. in alicuius cor cogitatio vana ascēdit desiderans apparere hoibus. aia aut intelligēs contradixerit. ille non propter homines fecisse videtur. qr qd cogitauit passio carnis est. qd elegit iudiciu rōnis est. hec crisosto. Dicit beatus fulg. In operibus bonis si te laudet humana lingua. tu laude a solo deo desidera. sic fiet vt du laudem ab hoibus no quesieris deus laudet in opibus tuis Et notandu q vana gloria faciliter contemnit. dum non offertur. cum vero oblata fuerit difficulter ei resistitur. teste beato augustino qui sic dicit. Facile est laudem non cupere. dum non negatur.

difficile tamen est ea non delectari cũ offertur. hec augu. Ueruntamen ꝓpter tales incursus seu temptatões vane glorie bonũ opus siue sit predicatio si ue q̃cunq̧ aliud per qḋ ꝓximus edifi cari potest non est obmittendũ. sed hu iusmodi vitio cum mentẽ pulsauerit. fortiter est resistendũ. q2 repugnando ⁊ resistendo quibuscũq̧ vitijs merces a deo copiosa acquirit̃. De hoc dicit petrus damiani. Oportet vt dum ani maꝝ fructus per predicatõnem acqui rit̃. non humana laus. non aliqua ho noris reuerentia mentis intentõe que rat̃. ꝙ si vltimo oblatus honor volenti bus nobis ingerit̃. necc̃arium est vt in pauimento cordis sub districto disci pline pede calcet̃ ⁊ velut venenatus ser pens in seipso suggestionis capite ictũ sentiat. ne nos qḋ absit in extremo bo ne opationis calcaneũ mordere presu mat. Nec tñ ob id est animaꝝ vtilitas deserenda. sed vt reuera strennui bella tores dũ nosmetipsos humilitatis cli peo ab iniecto elatõis telo ꝓtegimus. ꝓximos nostros ad fortiter agendum sancte exhortatõnis vocib9 excitemus Sic nimiꝝ nobis duplex merces acq̃ ritur dũ ex ipso caritatis officio quod pie ꝓximis nostris impendimus. belli cus labor orit̃ quẽ repugnando vinca mus. nã quo valentior ictus impingi tur eo nobis locupletius peracta victo ria premiũ cumulat̃. hec petrus dami. Qḋ igit̃ dictum est de predicatiõe. sic de omnib9 virtutib9 accipiẽdum est ꝑ quas ꝓximus potest edificari. Notan dum etiã ꝙ pia corda cum se laudari intelligunt de his que ipsi non habent nequaq̃ ꝯsentiunt. cũ vero laudant̃ de bono qḋ forte habẽt. toto tñ nisi huius modi fauorẽ a se repellere student Unñ beatus bern. de hoc dĩ. Qui humanas laudes pfecte ꝯsueuit ꝯtemnere. cuz se laudari percipit de eo quod in se nouit nõ esse. nullatenus acquiescẽs illud si bi ꝯmemorat. Cũ vero laudari se ꝯpe rit de bono qḋ se fortasse habere ꝯgno scit. nihilominus quantũ in se est scu to veritatis curat a se repellere iaculũ fauoris dans gloriã deo ⁊ dicens. grã dei sum id qḋ sum. hec ber. Laborem9 igit̃ vt bona opa exerceamus. nec ta men per illa fauorẽ hoĩm requiramus sed soli deo qui est inspector cordium placere studeamus. nec de nostris vi rib9 presumamus. ne forte hoc qḋ ab illo accepimus amittamus. Bonũ eti am qḋ ab ipso habemus caueamus ne per nostrã negligentiã perdamus. Il lud vero qḋ nondũ habemus rogemus humiliter vt habeamus. Ista ꝯmemo rat beatus augu. sic dicens. Frẽs qua les haberi volumus in laude hoĩm. ta les in operib9 esse studeamus. nec ĩdo bonos nos existimemus si boni ꝑdica mur sed nos potius nostro ⁊ nõ alieno iudicio discernamus. nemo eñ meli us potest scire quis sit q̃ ipẽ qui sibi cõ scius est. Et quidem beatus est qui lau des hoĩm trãscẽdit. ⁊ id solũ cũ recte viuit intuet̃. ⁊ ei placere nitit̃ q̃ ꝯsciẽ tie solus inspector est. de cuius ꝯscien tie puritate q̃cquid ꝓcedit tanto ẽ lau dabilius q̃to laudes hoĩm nõ affectat Uñ nihil de nobis tã q̃ de nr̃is ꝓprijs virib9 ꝑsumamus. ne nĩm facientes qḋ ab illo est etiã qḋ accepimus amit tamus Magis etiã cogitare debemus quid nobis desit. q̃ quid nobis assit. Qḋ habemus caueamus ne ꝑdamus qḋ nõdũ habemus supplicemus vt ha beamus. In quãtũ minores sumus no bis cogitandũ est non in quantũ maio res. hec aug. Sciendũ etiam ꝙ sunt nonnulli qui de sciã seu intelligẽtia q̃ uis bona opa non faciant solent se in mente eleuare. Et sunt nonnulli quos

quidem scientia non eleuat sed tñ bona opatio quã exercẽt exaltat Et sunt nonnulli quos ꝓpria opatio nõ extollit sed tñ cũ laudari ab hominibꝫ ꝓ bona opatione quã exercent ceperint. deuicti fauoribꝫ hoĩm se quasi magnos in sua cogitatione estimant. atq3 mentis oculos in transitorium fauorem defigunt. Sunt etiam nõnulli. qui cũ foris ꝓ suis bonis actibꝫ audiũt se ꝯmendare. intus in corde quandã pnitiosaꝫ elationẽ ex hoc ꝯcipiunt. ⁊ q̄uis de fauore hoĩm in aĩmo gaudeant. non tñ se extra ostendendo effundunt Et sunt nõnulli. quos ita laus vane glorie inflat vt etiam ad verba elationis pertrahanẜ. q2 dũ vane glorie eoꝝ mens nõ reluctaẜ. ad hoc vsq3 pducunẜ. vt ipsimet hoc laudent qđ faciunt. vnde magno metu ac circũspectione opus est. vt nunq3 nostra mens de suis laudibꝫ coram hominibꝫ vel etiam tacita leteẜ ne mercede eterna apud dominuꝫ pro suis bonis opibꝫ priueẜ Sed superba mens etiam cũ de ea falsa bona dicuntur exultat. q2 non apud deuꝫ qualiter viuat. sed apud homines q̄liter innotescat excogitat. At contra cor veraciter hũile. bona que de se audit aut minime recognoscit. vel q2 falsa dicunẜ metuit. aut certe si adesse ea sibi veraciter scit formidat. ne ab eterna retributione sint pdita quando hec considerat hoĩbꝫ diuulgata. vnde plerũq3 agiẜ. vt sicut iniustus de laude polluitur. ita vir iustus audita sua laude purgetur. Ista oĩa iam p̄missa ⁊ quedã alia tangit beatus grego. xxij. moraẜ. sic dicẽs Sciendũ ꝙ sunt nõnulli. qui in elationẽ corruunt. qui p subtilem intelligẽtiam que nõ faciunt bona cognoscũt. Et sunt nõnulli quos intelligẽtia quidem non eleuat. sed habita opa exaltant. qui dũ actiones respiciũt. apud mentem suam sibi ceteros dedignãdo postponunt Et sunt nõnulli quos nec opatio ꝓpria extollit. sed cum laudari ab hoĩbꝫ ꝓ hac eadem opatione bona ceperint. ipsi hoĩm fauoribꝫ deuicti q̄si magnos se quosdã in sua cogitatione ꝯspiciunt. atq3 cordis custodia dissoluunẜ. q2 semetipsos nescire incipiunt. dũ mentis oculos in transitoriuꝫ fauorẽ defigunt. Sic aũt ꝓfectus est hoĩm. sicut incrementũ ꝯspicimus eẽ arbustoꝝ. Uis quippe future arboris in semine est. postmodũ in ortu. ad extremũ pduciẜ in ramis. Sic nimiruꝫ vniuscuiusq3 virtus ꝯualescit opantis seminaẜ namq3 intelligentia. oriẜ in opatione. atq3 ad vltimũ ꝯualescit vsq3 ad ꝓfectus magni latitudinẽ. Sed cũ quẽq3 sua intelligentia extollit. poterat in semine putrifieri Cũ vero post opationem bonã elationis peste corrũpitur. quasi iã orta siccaẜ. Cuꝫ aũt nec opatio corrũpit. sed ex crescente magnitudine dũ fauor laudantiũ sequitur. atq3 a statu suo bene opandi aĩm euertit. linguaꝝ vẽtos arbor ptulit. ⁊ oẽ qđ ĩ ea robustũ excreuerat. tẽpestas fame radicitus euulsit. quo eñ arbor alti? ad supiora surrexerat. eo vẽtoꝝ viui velxmẽtius sẽtit. q2 quo q̃s ĩ bõa opa attolliẜ. eo ampliori ab ore laudantiũ flatu fatigaẜ Si adhuc itaq3 arbor in semine est. metuendũ est. ne ipa sciẽ cognitio putrefiat Si aũt ad virgultũ pdũt curandũ est. ne hãc manus elatõis tangat. atq3 a viriditate sue actõis arefiat Si ãt valẽre labore etiã ad alta se subleuet. valde formidandũ ẽ. ne hãc ad motus laudis vẽtus grauior radicitus euellat D Sed inter hec sciendum est quia ne immoderatis laudibus erigamur. plerumq3 miro rectoris nostri moderamine etiam detractionibꝫ lacerari permittimur. vt cũ nos

vox eleuat. lingua detrahentis humili
et. q2 ꝛ arboꝛ sepe que vnius venti im-
pulsu ita impellit᷑ vt pene iam erui pos
se videat᷑. alterius venti flatu erigitur.
ꝛ que iam ex ꝯtrevna inflectõnem ꝑtu
lit. ab alia ad statũ redit. Unde ꝛ illa
arboꝛ alte radicata quasi inter aduer-
santes ventos fixius steterat qui dice-
bat. Per gloriã ꝛ ignobilitatẽ. per in
famiã ꝛ bonam famã. Sepe aũt laus
bene agentis aurib⁹ insolenter admo-
ta dũ foris sermonib⁹ perstrepit intus
quandã mentis ꝑniciosam elationis
tempestatez gignit. sitqꝫ ad hoc ꝙ ani-
mus qui de humanis fauoꝛib⁹ gaudet
non facile exterius extendat. si tñ cor-
ruptionis vim non tenuerit exterius
sentiat. Et sunt nõnulli quos ita laus
inflat vt vsqꝫ ad verba elationis pertra
hat. q2 inconsiderata mens dum tran
sitoꝛio fauoꝛe non remitit᷑. adhuc vsqꝫ
pertrahit᷑ vt laudet ipsa qꝺ facit. Qui
dam vero vt prediximus hoc ipsum pa
tefacere ꝙ eleuant᷑ erubescunt. atqꝫ au
ditui sui pꝛeconijs extollant᷑. sed tam̃
vsqꝫ ad elationis verba non exeunt. ꝛ
gaudere in talib⁹ non ostendunt vel cu
stodiunt. Magno ergo metu ꝛ circũ-
spectione opus est ne mens nostra vn-
qꝫ de suis laudib⁹ tacita letet᷑. Quisq̃s
enim fame sue magnitudinẽ cõspicit.
sibi in occulto mentis gaudium facit.
cui iste nisi autoꝛi suo se ꝑtulit cuius do
num vt bene operet᷑ percipit. ꝛ tamen
in eius mũere de gratia sue laudis hi
larescit. Despecto em̃ honoꝛe sui cõdi
toꝛis semetipsum plus amare ꝯuinci-
tur cuius pꝛeconijs letat᷑. Quãuis nõ
nunqꝫ etiã sancti viri de bona sua opi
nione gaudeant. sed tamen per hãc ad
melioꝛa ꝓficere gaudẽtes pensant. nec
iam de opinione sua. sed de ꝓximoꝛuz
gaudẽt vtilitate. q2 aliud est fauoꝛes q̃
rere ꝛ aliud de ꝓfectib⁹ exultare. Qua
in re necc̃ est vt cum audientiũ vtilita-
ti non ꝓficit. mentẽ nrãm fama lauda
bilis non eleuet sed fascinet. Cũ enim
humane lingue attestatõne laudamur
occulta pulsatõe requirimur q̃d de no
bis sentiamus. Suꝑba em̃ mens etiã
cũ de ea falsa bona dicunt᷑. exultat. q2
non apud deũ qualiter viuat. sed apꝺ
hoĩes qualiter innotescat excogitat.
Judiciũ enim de se omnipotẽtis dei de
ficiens. ꝛ solummõ hoĩm quotiens in
ter auditas laudes attollit᷑ aduertit iu
diciũ. At ꝯtra si coꝛ veraciter humile ẽ
bona que de se audit minime recogno
scit. ꝛ q2 falsa dicant᷑ metuit. aut certe
si adesse ea sibi veraciter scit. eoiꝑo foꝛ
midat ne ab eterna dei retributõe sint
perdita. q2 hec ꝯsiderat hoĩbus diuul-
gata. Precauet qꝫ vehementer ne spes
futuri muneris in mercedẽ ꝑmutetur
transitoꝛij fauoꝛis. q2 ex re agit᷑ vt ele
ctoꝝ animus magno laudũ suaꝝ igne
cruciet᷑. atqꝫ ab omni toꝛpoꝛis sui rubi
gine meroꝛe cogitationis excoquitur.
cauta em̃ ꝯsideratõne trepidat. ne aut
etiã de his in quib⁹ laudat᷑ eleuetur. ꝛ
sibi ꝯpetens pꝛemiũ ꝑdat. Unñ plerũqꝫ
fit vt sicut iniustus de laude polluit᷑. ita
vir iustus audita sua laude purget᷑. nã
dũ bona que agit ab hoĩbus ꝓferri co
gnoscit. subtile ꝯtra se vt dictum est ex
tremi iudicij examen metuit. ac trepi-
dus ad ꝯsciam recurrit. ꝛ quicquid il
li inest repꝛehensibile coꝛrigit. dũ em̃
bona sua innotuisse foꝛmidat. subtilẽ
secuturũ examinis sñiam ꝑtimescens.
si que in se mala occulta sunt amputat
Pauet nãqꝫ si saltẽ talis deo non ostẽ
ditur. qualis ab hominib⁹ putat᷑. ꝛ ne
qꝫ ꝯtentus est. vt in quo potuit innote
scere. in hoc debeat remanere. iã em̃ de
bonis suis quasi retributõez sibi factã
estimat. nisi eis ꝛ alia que ab hominib⁹
nesciunt᷑ adiungat. hec grego. E

Unde devoti viri ut vane glorie resistere valeãt ad seipsos redeũt. et quicqd sibi mali inesse cognoscunt sibimetipsis ascribunt. Quicquid vero boni in se esse deprehendunt. divine gratie donum hoc eẽ recognoscunt. qui et premendo et subsequendo concessit eis bonum opus facere quod volunt. Qd idem beatus grego. affirmat dicens sic Sancti etenĩ viri sciũt post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos. et non virtute ppria sed preveniente supna gratia ad meliora se vota cõmutatos et quicquid sibi mali inesse cognoscũt meritum. quicquid vere boni in se cõspiciunt immortalis gratie cognoscũt donuz. eiqz accepto munere debitores fiunt qui et preveniendo dedit eis bonuz velle quod voluerũt. et subsequendo dedit bonũ posse qd volunt. Unde auctoris gratiã ille negare cõvincit quisquis sibi tribuit. quod opat. Liquet enĩ ille qz illum negat cuius despecta gratia sibi vires boni operis arrogat. et est iniquitas maxima. qz omne peccatum qd ex infirmitate est. spem nequaqz pdit. qz a superno iudice veniam requirit. Presumptio aũt virtutis pprie tanto gravius in desperatione est. quanto lõgius ad humilitatem respicit Cũqz vires sibi tribuit opis. ad adiutoriũ nõ recurrit auctoris. fitqz ut eo gravius peccator pareat. quo et ipm hoc qz peccator est ignorat. Hec grego. De hoc etiam p salomonem dr. Sicut pbatur in cõflatorio argentum et in fornace aurum. sic pbat homo ore laudantis qd beatus grego. xxvj. moral. exponit sic dicẽs. Laus quippe sua suos cruciat. Iniquos exaltat. sed iustos dũ cruciat purgat iniquos dũ letificat. reprobos monstrat. Isti enĩ sua laude pascunt. qui auctoris sui gloriã nõ requirũt. illi auctoris sui gloriam querũt. qui sua laude cruciant. ne non sit intus quod foris dr. ne si est etiã quod dr ante dei oculos ipis favoribus evacuet. ne humana laus robur mentis emolliat. atqz in sui delectatõne prosternat. et que adiumentum debet esse augendi opis iam retributio fit laboris Cum vero sua preconia in dei laude tendere sentiunt ea etiam desiderabiliter amplectunt. Scriptum quippe est sic videant opa vestra bona ut glorificent patrẽ vestrũ etc. via3 ergo hominibus se faciũt. quotiens in se aliquid qz cognoscat ostendunt. qz non studẽt in se humana3 laudem figere sed querunt p eam melius ad auctoris gloriam transire. Arrogãtes aute3 humanis laudibus mollia corda prostituunt. qz suis moribus eorum punt. hec grego. Et notandum diligẽter qz malignus spũs cum pro carnali aliqua vanitate mentẽ per vanam gloriam pulsaverit. et repulsus fuerit. statim sub virtutis specie resistente3 acre pugnantem animum temptare solet. nam quem non potest sub specie splendide vestis suggerende vanã gloriam decipere. pro vili et inculta veste laborat illam inferre. Et quem non potest per honorem deijcere humilitate ptendit supplantare. Quos etiam non põt p scientiam et locutionẽ extollere. per gravitatẽ et taciturnitatem solet psternere. nam si quis ieiunat in pala3 gloria vanitatis pulsat. Si vero illud cõtemnendo glorie cã cõtererit. eodem vitio elationis obtunditur. Et quanto quis vitaverit mundum amplius. tanto eũ acrius insequit. De hoc et de huius vitijs dicit Cassianus in quadam collatione patrũ sic F Certamen est nobis habendum contra spiritum xenodoxie multiformem atqz subtilẽ. tantoqz est perniciosior ad conflictum quanto obscurior ad cavendum.

Qui cum ꝑ elatõne pulsauerit mentẽ ⁊ fuerit repulsus. rursus priori habitu personaq; mutata sub virtutum specie victorem iugulare temptat. ex omni parte occurrẽs ⁊ in habitu ⁊ in forma. in incessu. in voce. in opere. in vigilijs. in ieiunijs. in oratione. in remotione. in lectione. in scĩa. in taciturnitate. in obedientia. in humilitate conatur. nam cui sub specie succincte vestis ac nitide xenodoxiam non potuerit generare per squalida ⁊ inculta conatꝰ inferre. quem non põt per honorẽ deijcere per humilitatẽ supplantat. quem scientie ⁊ locutionis ornatu nequiuit extollere. grauitate taciturnitatis elidit. Si ieiunet in palã gloria vanitatis pulsatꝰ Si illud ꝯtemnende glorie cã ꝯtexerit. eodẽ vitio elationis obtunditꝰ. ne vane glorie ꝯtagio maculetꝰ orõnes ꝓlixius sub fratꝝ vitat celebrare ꝯspectu. ⁊ ꝙ eas laterer exerceat non effugiet aculeos vanitatis. In solitudinem quoq; moraliũ cunctoꝝ ꝯsortia glorie cã fugientẽ persequi non desistit Quãto quis vitauerit mundũ amplius tanto eũ acrius insequitꝰ. Hanc multiformem bestiam tali remedio poterimus euadere. vt cogitantes quia dñs dissipat eoꝝ ossa qui hominibꝰ placent primitus nihil inanis glorie capiẽde gratia nos facere ꝓmittamus. Deinde ea que bono initio fecerimus obseruare. ne laboꝝ nostroꝝ fructus post irrepẽs morbꝰ euacuet. ⁊ ea que nos pñt inter ceteros etiã reddere notabiles ac veluti solis facientibꝰ laus apud hoĩes sit ꝯquirenda vitemus. Consideremus non solũ fructũ laboꝝ nostroꝝ nos penitus amissuros quoscunq; xenodoxie ꝓposito fecerimus. sed etiã reos magni criminis factos eterna supplicia velut sacrilegos soluturos vtpote qui ad iniuriam dei opus qđ eius obtẽtu nos oportuerit agere. hominũ gratia maluimus exercere. hec cassianus. Sciendũ etiam ꝭm ysaac abbatis dictum ꝙ quibꝰ mundus mortuus est hi sustinent aduersitates. quibꝰ mũdus est viuus hi nequeũt iniuriã sustinere. sꝫ vana gloria moti ira turbantꝰ. seu etiam tristicia occupantꝰ. hec ysaac. G Notandum etiam ꝙ inanis glorie he sunt filie. videlicꝫ. inobedientia. ꝯtentio. iactantia. pertinacia. nouitatũ presumptio. arrogantia. insolentia. ꝯtumacia. irreuerẽtia. ypocrisis. H Primo aũt inobedientia est suo prelato ĩ iniunctis nõ obedire ne inferior videatꝰ. qđ fieret si faceret mandatũ. I Contentio est velle vincere cũ clamore. ⁊ ꝑ hoc apparere. K Iactãtia est qua quis enumerat bona sua vt laudabilis appareat. L Pertinacia est que dictũ vel factũ suũ malũ defendit ne errasse videatꝰ. M Nouitatũ presumptio ẽ qua quis noua dicit vel inuenit vt laudetꝰ N Arrogantia est animi motus quo mouetur quis ad iactandũ se habere qđ non habet O Insolentia est que extra cõmunem vsum quasi ceteris despectis. verba. facta. habitũq; specificat P Contumacia est autoritati maioris ex ꝯtemptu obuiare. Q Irreuerentia est debitam reuerentiam maioribꝰ denegare. R Ipocrisis autẽ est que querit hominibꝰ in exterioribꝰ apparere. Sed quia hoc vitio videlicet ypocrisi multi temptantꝰ ⁊ decipiuntꝰ necesse est vt de hac materia latius loquamur. S Unde primo sciendum est ꝙ studium ypocritarum solet esse. vt quod sunt abscondant. ⁊ hoc quod non sunt esse hominibus innotescant. Sancti vero etiam hoc quod eẽ meruerunt innotescere alijs fugiunt. De hoc eñi beatus Gregorius. xviij.

moral. loquit sic dicens Studiũ ypo critarum eẽ solet. vt et qd sunt presumũt et hoc qd nõ sunt esse se hoĩb9 innotescunt quasi mensuram suam per estimationez transeant. vt preire se ceteros actionis nomine ostendant. refugiunt videri quod sunt et ante oculos hominum superducta quadam innocentia honestate se vestiunt. Quo contra omnes veraciter sancti non solum gloriam supra modum suũ omnino non appetunt sed etiam hoc ipsum videri refugiunt quod esse meruerunt. Sciendum tamẽ quod sancti viri morem sui creatoris imitantes nonnunquam quedam de se vt audientes instruant. vt ipi proficiant manifestant. et tunc in his alta consideratione se custodiunt ne dum alios a terrena intentione erigunt ipi interne laudis appetitione mergant. Sed contra ypocrite quod iuste agunt ad vtilitatem proximi. hoc faciunt ad extensionem nominis sui. hec grego. Notandum etiam quod ypocrite ad bona opera facienda infusionem quidem superne gratie percipiunt. sed in cũctis que agunt exteriores laudes appetẽtes a fructu percepte gratie inanescunt. ypocritarum etiam opera sepe ante tempus deficiunt. quia plerumque tales speciẽ virtutis assumunt. et propter hec quesiti ad honoris culmen promouent. sed cum sibi a cunctis reuerentiã impendi conspexerint. statim se in lasciuiam voluptatis effundunt. et bona que ipsi in corde prius viaciter nõ tenuerũt cito propter huiusmodi delectamenta dimittunt. sed spes illorum quam in temporali honore et gloria deposuerunt velociter peribit. quia oĩs laus vana et honor terrenus ac voluptates carnales terminum habent. et ad finem festinant. Plerumque etiam ypocrite mira se abstinentia affligunt. corpus atterunt. sed solum vt hominib9 placeant hoc faciunt. Unde tales corpus quidem per abstinentiam afficiunt. sed tñ per amorem vane glorie mundo viuunt et ideo mercedem amittunt. Nonnũquam etiam ypocrite post quam prauas vias deserunt. sanctitatis quidem habitum sumũt. sed mox vt in bono opere nasci ceperint obliuiscunt eorum que fecerunt. et affligi iam per penitentiam de perpetratis nequitijs nolunt laudari de incognita iusticia appetunt preesse ceteris etiam melioribus concupiscunt. quos plerũque dum iuxta desiderium eos presens prosperitas sequit multo quam prius fuerunt peiores fiunt. nam occupati diuersis vanitatib9 nõ solum perpetrata minime deplorant. Sed adhuc que defleant cumulant. Hec et alia de statu ac conditione ypocritarum satis Beatus greg. diffusis verbis in. xviij. moral. commemorat dicẽs Notandum quod ypocritarum vita ad bona opera infusionem quidem superni muneris percipit. sed in cũctis que agit exteriores laudes appetent a fructu percepte infusionis inanescit. Sepe nam que mira opera faciunt. sed tñ per accepta bona in suis laudib9 se eleuãt. et ipis munerib9 contra largitatẽ pugnãt Inde contra dantẽ superbiũt. vnde ei humiles amplius esse debuerunt. sed eo acrius eos postmodũ districtio sententie percutit quo nũc superna bonitas et ingratis largius infundit. fitque ei ãplitudo muneris incrementum damnationis Inter hec sciendũ quod iustorum bona que ex corde incipiunt vsque ad pñtis vite terminũ crescũt Ypocritarum vero opera quia nequaquam sunt in occulto radicata. sepe añ deficiũt quam pñs vita finiat. quia plerũque assumpte speciem maturitatis ostendunt. quiete silencij longanimitatis. patientieque virtute decorant. sed cũ per hec quesiti culmẽ honoris attigerint. cũque sibi

iam reuerentia a cunctis impendit. p
tinus se in lasciuiā voluptatis fundūt.
⁊ bona se ex corde non tenuisse ipsi si
bi testes sunt qui hoc cito dimiserunt.
sed spes ypocrite peribit. Quid enī in
cunctis suis operibꝰ ypocrita sperat nī
si honoris reuerētiam. gloriā laudis.
a melioribꝰ metui. sanctus ab omnibꝰ
vocari. sꝫ permanere spes ypocrite nō
valet. q2 eternitatē non querēs. fugit
qd tenet Nequaq3 quippe mētis eius
intentio in illa gloria figit que sine fi-
ne possidetur. sed cū transitorijs fauo-
ribꝰ inhiat perdit pcipiendo qd labo-
rat. veritate attestante q̄ ait. Amen di
co vobis receperunt mercedē suam. sꝫ
hec spes recipiēde mercedis terēri diu
non pōt. q2 pro ostēsis etiam laboribꝰ
honor tribuit. sꝫ vita ad terminū vrge
tur. laudes resonant. sed ad finē cum
laudibꝰ tempa festinant. Nemo nāq3
valet mobilia diligere ⁊ ipē immobi-
lis stare. qui enī transeuntia amplecti
tur. eo ipso ad cursum ducit quo decur
rentibꝰ implicat. q2 humana laus q3
magis laboribꝰ videri appetit. impul-
sa tempoꝝ momentis decurrit. No
tandū etiam ꝙ ypocrite plerūq3 sacre
legis eruditionibꝰ fulciunt. doctrine
verba pferunt. omne qd sentiunt testi
monijs attingunt. nec tñ per hec vitam
audientiū sed ꝓprios fauores querunt
q2 nec pferre illa nouerunt que audi-
toꝝ corda ad repellendas laudes excu
tiant. non aūt que ad lacrimas accen-
dant. Mens quippe ꝯcupiscentijs ex-
terioribus occupata igne diuini amo
ris non calet. ⁊ idcirco ad supernū de
siderium inflammare auditores suos
nequeūt. verba quoq3 frigido corde p
ferunt. neq3 enī res que in seipsa non
arserit aliud accendit. Etiam sciendū
ꝙ plerūq3 ypocrite mira se abstinētia
affligunt. oē robur corꝑis atterunt ⁊ q̄
si carnis vitam funditus in carne vin-
centes extinguunt. sed adhuc huma-
nos oculos querunt. admiratōnis glo
riam appetunt. veritate attestante que
ait. Exterminant facies ⁊c. Nam ora
pallescunt. corpus debilitate quatitur
pectus interrumpētibꝰ suspirijs vrge-
tur. sed inter hec dum ab ore ꝓximoꝝ
sermo admirationis querit nihilq3 tā
to labori aliud nisi estimatio humana
cogitat. Omnis enī ypocrita corpus
quidem p abstinentiā afficit. sed tñ p
amorē glorie mundo viuit. Quo ꝯtra
per paulum dr. Qui aūt sunt xp̄i car-
nem suam crucifixerunt cū vitijs ⁊ cō
cupiscentijs. qd tunc digne fit si sic gu
lam restrīgimus vt iā de mūdi gloria
nihil queramus. nam qui corpus ma-
cerat sed honoribꝰ anhelat crucem dnī
intulit. sed mundo per ꝯcupiscentiam
peius viuit. quia ⁊ sepe p sanctitatis
ymaginem locū regiminis indignus
assequit. qui nisi aliquid virtutis in se
ostenderit nihil premij mereret. Sed
transijt qd delectabiliter obtinet. ⁊ pe
naliter qd sequitur manet sanctitatis
nunc fiducia in ore hominū ponit. sed
cum internus apd se iudex secreta cor
dis examinat. testes vite exterius nō
querunt. q2 nihil ei in iudicio attesta-
tio hūana suffragat. q2 eandē laudē
quā post in testimoniū exigit prius in
munere recepit Sed viri sancti neq3
hic remuneratōem rectitudinis sue q̄
runt cū recta faciunt. cū vero a presen-
tis mundi laboribꝰ exeunt ad eternā
patriam venientes expectata retributi
one perfruunt. At contra ypocrita. q2
mox vt in bono ope nascit. pntis mū
di recipere gloriam conat. q2 pro eo
ꝙ bene viuere incipit querit statim vt
a cunctis honoret. Sepe namq3 non-
nulli aperte prauitatis viam deserunt
sanctitatis habitum sumūt. moxq3 vt

prima limina bene viuendi ↄtigerint.
obliti que fecerint affligi iam ꝑ penitē
tiam de ↄsummatis nequicijs nolunt.
laudari de incognita iusticia appetunt.
ꝑesse ceteris etiam melioribꝰ ↄcupis/
cunt. quos plerūqꝫ iuxta votū presens
ꝓsperitas sequit̃. multo q̃ꝫ prius fue/
rant. de sanctitatis habitu peiores fiūt
nam rebꝰ multiplicibꝰ occupati non
solum ꝑpetrata minime deplorant sed
adhuc que defleant̃ exaggerant. Qui
eñ mundū deserunt. ad exteriora offi/
cia prouehi non debent. nisi ꝑ humili/
tatem diutius in eiusdem mundi con
temptu solident̃ Citius namqꝫ bona
depereūt. que hominibꝰ ante tp̄s inno
tescunt. q꞉ ⁊ arbusta plantata prius q̃ꝫ
fixa radice ↄualescant. si manus ↄcuti
ens tangit arefacit ac si in altū radix
figit̃ ⁊ terre humoribꝰ ↄspersa ↄsolide
tur. Hec ⁊ manus impellit sed non le/
dit. hec ⁊ ventoꝝ flatus inflectendo cō
cutiunt sed non euertūt. Ne ergo eru/
atur vita cepti operis. diu ac robuste.
in alto hūilitatis figenda est radix cor
dis. vt cū ab humano ore detractiōis
aura vel fauoris flauerit ⁊ si in qualibet
parte vtrūqꝫ incuruat̃ animum fundi
tus non elidat sed ad statum suū proti
nus post inflexionem redeat si apud se
fortis in radice ꝑdurat. Quid in rebꝰ
excrescentibꝰ abiete surgente robusti/
us. Qui tñ si diū ↄstruit̃ impellit̃. sta/
tim sine labore destruit̃. si aūt ꝑ spaci
um tp̄is ab humore suo exiccari ꝑmit
tit̃. sepe attritum ictibꝰ minime q̃ssa/
tur. Sic videlicet bona nr̃a ⁊ intem/
pestiue maīfestata depereūt. ⁊ diutius
occultata solidant̃. q꞉ humane occu/
pationis manus cū incipiētem nostre
ↄuersationis vitam ↄtigerit. q̃si recep
tam abietem impellit. eamqꝫ facile de
struit. q꞉ adhuc humorem ꝓprie fragi/
litatis non amisit. Cū vero longa quie
tis sue abiectione se animus ↄprimit.
q̃si more exiccati abietis obdurescat.
Sepe aūt noue ↄuersationis primor/
dia adhuc ex carnali sunt vita ↄmixta
⁊ idcirco innotescere citius nō debent
ne cū laudant̃ bona. que placent. dece
ptus laude sua animus deprehendere
in eis nequeat mala que latent. Unde
quicq̄d forte ⁊ boni incipimus ad hoc
amorem intimi iudicis in ara cordis
īmolemus. quod ab illo proculdubio
tanto libentius accipit̃. quanto ⁊ ab
hominibꝰ occultatū nulla laudis ma
culat̃ appetitione. Intus ergo seruan/
da sunt. que agimus si ab interno arbi
tro vicem recipere nostri operis expe/
ctamus. Hinc est q꞉ veritas dr̃ Nesci/
at sinistra quid faciat dextera tua Oc/
culta ergo sint q̄ agimus ne hec in hu/
ius vite itinere incaute portantes la/
trocinantium spirituū incursione per
damus. cum dr̃ dn̄s. Uideant opera
vestra bona ⁊ glorificent patrem vestꝝ
qui in celis est. Sed aliud est ꝑfecto.
cum in ostensione op̄is. gloria querit̃
largitoris. aliud cū laus priuata ↄcu/
piscitur de dono largientis Unde rur
sum dr̃. Attendite. ne iusticiam vestrā
faciatis coram hominibꝰ vt videami/
ni ab eis. Opus ergo vestrum cū homi
nibꝰ ostendit̃. in cordis prius exami/
natione pensandum est. ꝑ eiusdē osten
sionis studium quid querat̃. Si enim
dantis gloriā querimus etiā publica/
ta nostra. in conspectu illius. occulta/
ta seruamus si ꝑ hoc nostram laudem
queramus foras ab eius ↄspectu iā fu/
sa sunt. etiā si a multis ignorant̃. Sꝫ
valde ꝑfectoꝝ est. sic ostenso opere au/
ctoris gloriā querere. vt de illata lau
de nesciat priuata exultatōne gaudere
Tūc solū nāqꝫ hoībꝰ innoxie laudabi/
le opus ostendit̃. cū ꝑ despectū mētis
veraciter laus impensa calcat̃ Quam

qui audit detractionem. in qua prius viuebat per bonam famam. quandoque ope. scilicet malo exemplo alicui occasionem ruine prestando. et tunc dicitur interpretatiue illum occidere S Sextum preceptum est Non mechaberis in quo precepto vt dicit aug. prohibetur omnis illicitus concubitus et omnium membrorum omnis illicitus vsus. T Septimum est. furtum non facies. vbi secundum augusti. prohibetur omnis contrectatio rei aliene ex cupiditate V Octauum preceptum est. non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. hic prohibetur omne genus mendacij. vt dicit augu. quod ter minatur per tres differentias X Est enim mendacium pernitiosum. quod nocet. officiosum quod prodest. iocosum quod delectatur Includitur enim in hoc precepto taciturnitas veritatis tempore necessitatis. tamen causa et opportunitas facit ipsam taciturnitatem esse licitam A Nonum et decimum precepta. non concupisces domum proximi tui. nec desiderabis vxorem eius nec seruum nec ancillam nec bouem nec asinum nec omnia que illius sunt B Duo prohibentur hic. scilicet concupiscentia carnis in vxorem proximi et concupiscentia oculorum in re aliena. nam ad hec duo maxime inclinatur natura corrupta. ad vnum propter conseruationem suppositi indiuidui. hic non prohibetur appetitus. qui ex corruptione fomitis vel a sensualitatis delectatione oritur. quia impossibile est quod ille concupiscentie non sint in nobis. sed prohibetur appetitus qui est ex consensu rationis. Quamuis ad ista duo determinetur tantum. tamen dicitur ibi prohiberi vniuersaliter omnis concupiscentia male voluntatis Et hec breuiter de decem preceptis dicta sunt. C Item quedam peccata numerantur ab apostolo ad romanos primo. scilicet ydolatria vitium contra naturam iniquitas. malicia. fornicatio. auaricia nequitia. inuidia. homicidium. contentio. dolus. malignitas. susurratio. detractio. contumelia. superbia. elatio. inuentio malorum. inobedientia. insipientia. et incompositio. quibus adiungit illos qui sunt sine affectione absque federe et sine misericordia Post hec omnia subiungit apostolus quod qui talia faciunt. digni sunt morte scilicet eterna. Item ad galathas quinto de quibusdam facinoribus sic ait. Manifesta autem sunt opera carnis. que sunt fornicatio. immundicia. luxuria. auaricia quod est ydolorum seruitus veneficia inimicicie. contentiones. emulationes ire. rixe. dissensiones. secte. inuidie. homicidia. ebrietas. comessationes. et his similia. que predico vobis sicut predixi quia qui talia agunt regnum dei non consequentur. Ex quibus dictis apostoli colligere possumus permissa peccata esse mortalia. quia dicit agentes huiusmodi scelera dignos morte eterna. nec posse tales consequi regnum dei. Et pro intelligentia horum viciorum. notandum quod malicia est quando aliquis damnum molitur alicui Nequitia est temeritas. quando quis audet quod nequit. Vel sic Nequitia est intemperantia sui. Susurratores sunt. qui inter amicos discordias seminant. Inuentores malorum sunt. qui nouum genus cuiuscunque mali inueniunt verbo vel facto Insipientes sunt non discernentes inter bonum et malum. Incompositi habitu et incessu quia incompositio corporis indicat qualitatem mentis. Sine affectione id est sine dilectione proximi. absque federe id est sine societate et pace. sine omni misericordia quia non compatiuntur miseris. Immundicia est que non est contra naturam Impudicitia est non pudice viuere Rixe sunt quando ex ira se aliqui ad inuicem percutiunt Dissentiones sunt quando alique partes

dissentientes faciũt in ecclesia. Secte
que grece dicunt hereses. Ebrietates
assidue. comessatões supflue veneficia
sunt incantatões. Cetera vero vitia p
apostolũ supius premissa supius sunt
exposita qñ de mortalibus peccatis et
eorundẽ filiabus est tractatũ. Beatus
etiam aug. plurima pctã mortalia enu
merat cũ dicit. Mortalia sunt homici
dium. sacrilegiũ. adulteriũ. fornicatio
falsum testimoniũ. rapina. furtum. su
pbia. inuidia. auaricia. et si lõgo tem-
pore teneat iracundia. et ebrietas si as
sidua sit oputat in eorum numero. quicũ
q aliqd de istis pctis in se dominari p
miserit nisi digne peniteat in eterno ig
ne cruciabit. hec aug. Sic ptz de pec-
catis mortalibus.

Capitulum .XXII.

De venialib' ve
ro pctis sciendum est q sunt
diuersa. et longũ esset omnia replica-
re. De quib' beatus aug. mentionẽ fa
cit. que pmemorans ac dicens D
Que aũt sunt minuta pctã licet omni
bus nota sint. tamen qr longum est vt
omnia replicent. opus est vt ex eis ali
qua nominemus. Quotiens aliquis
in cibo et potu plus accipit q̃ neccẽ est.
ad minuta pctã nouerit ptinere. Quo
tiens plus loquit q̃ expedit. quotiẽs
paupem importune petentez exaspat.
quotiens cũ sit corpe sanus alijs ieiu-
nantib' ipe prandere voluerit. aut som
no deditus tardus ad ecclesiam surgit
Quotiens excepto filiorum desiderio vx
orem suam cognouerit. quotiẽs in car
cere positum tardius requisierit. infir
mos tardius visitauerit. si discordes
ad ocordiam reuocare neglexerit. Si
plus aut pximũ aut vxorem aut filium
aut seruum exasperauerit q̃ oportet. si
amplius fuerit blanditus q̃ oportet. si
cuicunq maiori psone ex volũtate aut
necessitate adulari voluerit. si se aut in
ecclesia. aut extra ecclesiã fabulis ocio
sis de quib' in die iudicij ratio reddẽ
da est occupauerit. si dum iocantes in
caute iurauerimus. et tñ hoc p aliquã
necessitatẽ implere non potuerimus.
vtiq piuramus. et cũ omni facilitate
maledicimus. hec august. In quibus
iam memoratis peccatis minutis siue
venialib' possumus colligere etiã om-
nia alia similia esse pctã venialia. quia
longũ esset singula talia explicare.

E Et notandũ q omnis culpa sepa
rat a deo. Hec aũt separatõ pfecte qui
dem fit per pctm mortale. Im perfecte
vero per pctm veniale. Per pctm enim
mortale omnis mens auertit a deo. per
pctm aũt veniale retardat affectus ho-
minis ne ita pmpte ferat in deum. sed
vtrumq pctm per pñiam deletur Et si
cut mortale pctm remitti nõ pt. q̃diu
voluntas pctõ inheret. ita etiã nec pec
catum veniale. sed ad remissionẽ pecca
ti mortalis pfectior exigit pñia. ad pec
catum autem veniale requiritur actua-
lis quedã displicentia. Et sciendum
q homo in gra cõstitutus potest vitare
oĩa pctã mortalia. et singula pctã veni-
alia. sed non oĩa. Unde pñia de pctis
mortalib' requirit vt homo pponat ab
stinere ab omnib' et singulis mortali-
bus peccatis. Sed ad pñiam venialiũ
peccatorum requirit q homo pponat ab-
stinere a singulis. non tñ ab omnibus
Ista tangit beatus thomas de aquino
sic dicens Notandum q culpa sepa
rat a deo. sed hec separatio pfecte qui-
dem fit per peccatum mortale. imper-
fecte aũt per pctm veniale. Nam p pec
catum mortale mens omnino a deo a-
uertit. vtpote contra caritatem agẽs.
Per peccatum autem veniale retarda-
tur affectus hominis. ne ita prompte

in deum feratur. Et ideo vtrumqꝫ pec
catum per penitentiam quidem remit
tiẗ. qꝛ ꝑ vtrumqꝫ deordinaẗ voluntas
hoīs. ꝑ immoderataꝫ ꝯuersionem ad
bonum creatum. Sicut em̄ peccatum
mortale remitti non potest. q̄ꝫdiu vo/
luntas peccato adheret ita etiā nec pec
catū veniale. qꝛ manente causa manet
⁊ effectus. Exigiẗ aūt ad remissioneꝫ
peccati mortalis ꝑfectior penitentia.
scilicet vt mortale ꝯmissuꝫ detesteẗ quā
tum in ipso est. vt scilicet diligentiam
adhibeat ad rememorandum singula
peccata mortalia vt singula detestetur
sed hoc non ad remissionem venialiuꝫ
requiriẗ. tn̄ actualis quedā displicen
tia. puta cum aliquis hoc modo in de/
um ferẗ scd̄m affectum ⁊ res diuinas
⁊ quicquid sibi occurreret. qd̄ eum ab
hoc motu retardaret displiceret ei. ⁊
doleret se hoc ꝯmisisse. etiam si actu de
illo non cogitaret qd̄ tamen non suffi/
cit ad remissionem peccati mortalis.
nisi quantum ad peccata oblita post di
ligentem inquisitioneꝫ. qꝛ de quolibet
peccato mortali teneẗ homo speciali/
ter conteri. vnde debet homo recogita
re ad inueniendū peccatum ꝯmissum.
Si peccatum omnino a memoria exci
derit. tunc ex impotentia faciendi ex/
cusaẗ a debito. ⁊ sufficit generalis con
tritio de omni eo. in quo deuꝫ offendit
Sed quando impotentia tolliẗ. sicut
cum ad memoriam peccatum reuoca/
tur. tūc teneẗ spālit ꝯteri homo. Etiā
sciendum ꝙ homo in gratia constitu/
tus potest vitare omnia peccata morta
lia ⁊ singula. potest etiam vitare singu/
la peccata venialia sed non omnia. Et
ideo pnīa de peccatis mortalib⁹ requi
rit ꝙ homo ꝓponat abstinere ab oīb⁹
⁊ singulis pctīs mortalib⁹. sed ad pe/
nitentiam venialium peccatoꝝ requiri
tur ꝙ ꝓponat abstinere a singulis. nō

tamē ab omnib⁹. qꝛ infirmitas huius
vite hoc nō patiẗ Debet tn̄ habere ꝓpo
sitū se preꝑandi ad venialia pctā minu
enda. alioquin esset ei ꝑiculum defici/
endi. cum desereret appetitum ꝑficien
di seu tollendi impedimenta spūalis
ꝑfectus. q̄ sunt venialia. hec thomas.
De remissione etiam venialiuꝫ pctōꝝ
sciendum. ꝙ oīa venialia pctā tolluntẗ
per diuersa remedia videlicet per eu/
charistie dignam sumptionem. per ex
tremam vnctionē. ⁊ per generalem cō
fessionem. ꝑ tunsionem pectoris. per
dominicam orationē. per episcopaleꝫ
benedictionem. per aque benedicte as/
persionem. Per hec igiẗ remittunẗ ve
nialia peccata. non tn̄ semꝑ remittunẗ
totaliter quantū ad penam. qꝛ si sic tūc
qui esset omnino immunis a pctō mor
tali asꝑsus aqua benedicta statim auo
laret sed reatus pene remittiẗ s̄m mo/
tum feruoris in deū. qui per predicta
excitaẗ s̄m magis ⁊ minus De hoc ꝑ
thomam de aquino sic dr̄. Notandum
ꝙ triplici ratiōe aliqua causant remis
sionem venialium pctōꝝ. Uno modo
in quantū in eis infunditur gratia. qꝛ
ꝑ infusionem gratie tolluntur venialia
peccata. ⁊ hoc modo per eucharistiam
⁊ extremaꝫ vnctionem. ⁊ vniuersali/
ter per omnia sacramenta noue legis:
in quib⁹ ꝯferẗ gratia. peccata venialia
remittuntur Secundo in quantū sunt
cū aliquo motu detestationis peccato/
rum. ⁊ hoc modo confessio generalis
tūsio pectoris. ⁊ oratio dominica ope
ranẗ ad remissionem venialiū pctōꝝ.
Tercio modo in quantū sunt cū motu
reuerentie ad deuꝫ ⁊ ad res diuinas ⁊
hoc mō benedictio eꝑalis. ⁊ aspersio a
que benedicte oꝑanẗ ad remissionē ve
nialiū pctōꝝ Et quidē ꝑ p̄dicta tollun
tur venialia pctā quantuꝫ ad culpā. tn̄
virtute illius sanctificatiōis nō tm̄ sed

etiam virtute caritatis citius motus p predicta excitatur. Non autem per quodlibet predictorum semper tollitur reatus pene. quia sic qui esset omnino immunis a peccato mortali aspersus aqua benedicta statim avolaret. Sed reatus pene remittitur per predicta secundum motum fervoris in deum. qui per predicta excitatur quanto magis quanto minus. hec thomas F Notandum etiam quod peccatum cum per penitentiam citius non tergitur. aut peccatum est. aut causa peccati. aut peccatum aut pena peccati. nam ex uno vitio subsequens culpa oritur. quia ipsum suo pondere mox in aliud trahit. ex quo creata mens ducitur ut peius ex alio ligetur. Et cum peccatum ex peccato oritur iam non peccatum tantummodo. sed peccatum est et pena peccati. quia iusto iudicio omnipotens deus cor peccatoris obnubilat. ut precedentis peccati merito etiam in aliud cadat. nam plerumque unum idemque peccatum et peccatum est et pena peccati. Quod sic ostendi potest Ventris namque ingluvies in fervorem luxurie plenitudinem carnis instigat. perpetrata autem luxuria sepe aut periurio aut homicidio tegitur. ne pro huiusmodi peccato puniatur. Ista commemorat beatus greg. xxv. mora. sic dicens. Omne quippe peccatum quod cum citius penitendo non tergitur aut peccatum est aut causa peccati. aut peccatum et pena peccati. Peccatum namque quod penitentia non diluit. ipso suo pondere mox in aliud trahit. Unde fit ut non solum sit peccatum. sed etiam peccatum et causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur ex quo cecata mens ducitur ut peius ex alio ligetur. Sed cum peccatum ex peccato oritur. non iam peccatum tantummodo sed est et pena peccati. quia iusto iudicio omnipotens deus cor peccatoris obnubilat. ut precedentis peccati merito etiam in aliud cadat. Quem enim liberare noluit. deserendo percussit. Non ergo immerito pena peccati dicitur quod iuste desuper irrogata cecitate ex precedentis peccati ultione perpetratur. quod videlicet agitur dispositione superius ordinata. sed inferius in iniquitate confusa. ut et precedens culpa sit causa subsequentis. et rursum culpa subsequens sit pena precedentis. Unde et de infidelibus et lubricis sanctus paulus dicit. Qui cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt. aut gratias egerunt. Et paulo post. propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum. in desideria cordis eorum. in immunditias. ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis Quia enim recognoscentes deum peccatum superbie commiserunt. cecantur etiam ne intelligant quod committunt. et qui intelligentiam sequi nolunt in peccato et causa peccati sunt. et ipsum lumen intelligentie perdant in peccato et pena peccati. Prioris ergo peccati merito peccatorum sequentium fovea tegitur. ut qui malum sciens perpetrat deinceps iuste in aliis etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur ut culpis culpe feriantur. quatenus supplicia fiant peccantium ipsa incrementa vitiorum. Nam quia omnipotens deus ad penitentiam tempus indulget quod humana malicia ad usum sue iniquitatis retorquet. nimirum iusto dei iudicio augeri culpa permittitur ut ad feriendum artius quandoque cumuletur. Hinc enim etiam de quibusdam Paulus dicit. Pervenit ira super illos ut impleant peccata sua semper. Hinc voce angelica Johanni dicitur. Qui nocet noceat adhuc. et qui in sordibus est sordescat adhuc. Hinc david dicit. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. et non intrent in iusticiam tuam. Cor quippe dominus durum prioribus meritis aggravatum iuste permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli. quia cum digne in culpa trahitur. reatus eius in pena cumulatur.

habent iam quidez vnde fieri mereantur sed sustinet tñ adhuc peccatũ crescere vt peccantes possit atrocius pena cruciare. iam meret supplicium pena ꝛ causa pcti expectat adhuc. vt augmenta supplicij subroget pctm̃ ꝛ causa pcti Plerũq3 vero vnũ idemq3 peccatum ꝛ pctm̃ est ꝛ pena peccati ꝛ cã peccati. qd melius ostendimus si res ipas in mediũ deducamus. Effrenata quippe ventris ingluuies in furorem luxurie plenitudinem carnis instigat. ppetua aũt luxuria sepe aut piurio aut homicidio tegit. ne humanaꝝ legũ vltione puniatur. hec grego. Unde necesse est. si qs lapsus fuerit in aliqd pctm̃ graue vt p pñiam quanto citius poterit ab hoc vitio resurgere studeat. ne in grauiora peccata ꝑpter tale facinus eum cadere contingat

De duodecim abusionibus.

Ca. .XXIII. G

Sciendũ quod

ꝯm beatũ ciprianũ duodecim sunt abusiones seculi ꝛ sunt he videlicet. Sapiens sine bonis opibus. senex sine religione. adolescens sine obñia. diues sine elemosina. femina sine pudicitia. dñs sine virtute. cristianus ꝯtentiosus. paup suꝑbus. rex iniquus. epũs negligẽs. plebs sine disciplina. populus sine lege. Quibus. xij. abusionibus seculi suffocant disciplina ꝛ iusticia. hec ciprianus. Et q2 pñs tractatus maxime requirit ꝛ tractat de statu religiosoꝝ ꝛ claustraliũ. Jdeo notandũ ꝙ etiam sunt duodecim abusiones claustraliuz. quibus tota religionis summa corrumpit Et sunt iste videlicet. Prelatus negligens Discipulus inobediẽs Juuenis ociosus. Senex obstinatus. Monachus curialis Monachus causidicus. Habitus preciosus. Cibus exquisitis Rumor in claustro. Lis in capitulo Dissolutio in choro Irreuerentia circa altare. Jmmoremur ergo in singulis ꝛ de singulis pauca disseramus H Sunt quidã qui sciunt ꝛ pñt ꝛ volunt preesse. quidã qui sciunt ꝛ pñt ꝛ nolunt ꝑesse. quidã qui nec sciunt nec pñt nec volũt. sed ꝛ sunt quidã qui nec sciũt nec pñt sed volunt. Scire vero ꝛ posse ꝛ velle est suꝑbie vel caritatis. Scire ꝛ posse ꝛ nolle est humilitatis vel inertie Nec scire nec posse ꝛ velle ẽ cupiditatis ꝛ stulticie. Nec scire nec posse nec velle est discretionis ꝛ prouidentie. Qui enĩ sciunt ꝛ possunt ꝛ volunt preesse si velint ꝓdesse caritatis est. alioquin superbie Qui vero sciunt ꝛ possunt sed nolunt hũilitatis est qd renuuit. inertie vo cũ sciunt si omnino desistũt Qui aũt nec sciũt nec possunt sed volunt cupiditatis esse videt qd volũt esse stulticie si velint qd nec sciunt nec pñt. illi si quidẽ qui nec sciunt nec pñt nec volũt prudẽter agũt. summa enĩ discretio est nolle qd nõ potes

J Sciendũ aũt ꝙ oues pastores sequunt ad vitam si diligens. ad mortem si negligens precedat. debet enĩ ꝑcedere vita ꝛ doctrina. vt qd docet verbis factis impleat Tenere etiam debet vnitatez cũ grege qd fit qñ nõ diuidit a subiectis p preciosiorem habitum. vel p delicatiorẽ cibũ dũ fit vnus per ꝯpassionem. cum infirmis. p dispensationem. cũ delicatis vt cũ aplo dicere possit. oĩbus omnia factus suz. pastor vero negligens fugit. Sunt enĩ quidã prelati. qui onera importabilia imponũt subditis ꝛ ea digito mouere nolũt fugiunt quod precipiunt. fugiunt q2 remoti a ꝯuentu sub ocio viuunt. qui praua agunt. ꝛ reprehendi nolũt. qui male viuũt ꝛ subiectos bene viuere cogunt errantes reuocant sed fortes oc-

cidunt.reuocant verbis.ſed occidunt
operibꝫ que operanť ipſi que aliꝗs lici-
ta non putant.ſubiectos cogunt ⁊ ipſi
a nemine cogi volunt.

Capitulum XXIIII.

De diſcipulo ino-
bediente.

Inobedientie mor-
bus ex ſupbie tumore ꝓcedit.ſicut ſa-
nies ex vulnere. Hoc morbo primus
homo languit qui beſtiꝗs terre prepoſi-
tus fuit.per inobedientie culpã ſuppo-
ſitus etiã cuꝫ muſcis ⁊ culicibꝫ per po
ſteros ſeruit.Hoc aũt tribꝫ modis me
deri ſolet.emplaſtro.ſ.vnguento ⁊ fer
ro.i.exemplo boni operis.verbo ꝯmo
tionis.diſciplina correctionis.aſſuit
aũt inobedientia nomen obedientie p̄
cepto.facto ⁊ loco. Leue eñi eſt preci-
pere ſed labor implere.Locus ꝟo qñ-
ꝗ placet.aliqñ diſplicet. Placet qui
buſdã.non q2 abundat fratribꝫ ſed pi
ſcibꝫ.placet q2 famulis abundat ⁊ fa-
bulis.⁊ ſic fit vt voceť obedientia cuꝫ
non ſit.Hanc multi deſiderant vt ex-
tra obedientiam eſſe queant. Multis
enim modis hec obedientia queri ſolet
parentuꝫ exactõe ſeu fratꝝ ſeductoria
exhortatõe.vel etiam boni operis ſimu
latoria oñſione.Eſt ⁊ alia ſpẽs inobedi
entie que tñ obedientia vocať.de qua
dr.quia obediſti voci vxoris tue plus ꝗ̃
mee.ſed de obedientia vera per p̄s.dr.
Audiam quid loquať in me dñs deus
Nunquid dyabolus caro aut mũdus
vox vxoris.vox carnis ſcꝫ voluptas.
vox mundi vanitas.vox dyaboli iniq̃-
tas.vox dei bonitas.Eſt aũt vox crea-
toris ad ſubiectos de prelatis dicens
Que dicunt facite. que aũt faciunt no
lite facere.vbi etiã male opantibꝫ obe
dire iuſſit.vt ſic ingrediaris ⁊ egredi
aris cũ dauid.cũ ſaule ⁊ eundẽ hono-
res licet reprobũ cum ſamuele.nec bo-
nis tñ obedias in malum.nec puerſis
ꝯtradicas in bonum.

Capitulum XXV.

De iuuene ocio-
ſo.

Ocium ſtulticiã.labor ſci-
entiam generat.Labor hominis iteri-
or labor ſcĩe. labor exterior exercitiũ
operationis. Scĩe labor in tria diui
ditur.in puericia labor diſcipline.in
iuuentute exerciti̇̃.in ſenio doctrine.
vt ſcilicet ille qui neſcit.in puericia
diſcat que didicit in iuuentute ad v-
ſum ducat.que ad vſum duxerit in ſe-
nio doceat. Sed cũ homo interior ia-
cet in lectulo voluptatis dũ ſomno tor
peſcit inertie ⁊ ſomnis deludiť curioſi
tatis.vocat ⁊ exhortať exteriorem ho-
minẽ vt inclinet aurẽ rumoribꝫ.loqua
tur vana.induať mollibꝫ.mane come
dat.cantus galli cene terminet lectio
nem.euntibꝫ dormitũ ſurgentes ad vi
gilias obuiant frẽs.vigilantibꝫ illis
dormiant.redeuntibꝫ a vigiliꝗs ſurgãt
Sed melius forſitan eſſet ſi nihil dice
rent ꝗ̃ ſi ſubtractis ſillabis aut dictio
nibꝫ oſſitando pſalmos decantarent.
Laboret ᵹ̊ interior homo ⁊ exterior ne
dicať eis Quid ſtatis hic tota die oci-
oſi Audiant tñ prelati cãm oci̇̃.nemo
inquiunt nos conduxit Non epĩ.non
preſbiteri populũ.non abbates nõ pri
ores ꝯuentũ. Ad hunc laborem diuer
ſi veniunt ⁊ diuerſis tꝑibus.mane pu-
eri.meridie iuuenes.veſꝑe ſenes.ſo-
la tamẽ iuuentus pondus portat diei ⁊
eſtus.portat materialiter pondus la-
boris ⁊ eſtus ſolis.Moraliter pondꝰ
carne fragilitatis ⁊ eſtũ libidinis.La
bore igiť manuũ annihilať pondus tẽ
ptationũ.Iuuenis aũt in ocio eſt qua-
ſi iumentũ ſine iugo.qui dũ nõ teneť
obĩe vinculo.q̃ſi bos laſciuiẽs diſcur-
rit ꝑ deſideria ꝓprie voluntatis.

Ca. XXVI. d

De sene obstinato

Inter abusiões sola maior est senis obstinatio. qui morti ꝓximus mortis aduentū non abhorret. qui quasi ad ostium mundi huius positus foras spectat. nec tñ vite pñtis egressuz nec ingressum future consideret. audit nūcios mortis. ⁊ credere non vult eis Casus mortem nūciat latentem. infirmitas apparentem. Sed forsitan funiculus triplex quo ligat̄ senex difficile rumpit̄. dū eñ a pueritia in mentē senis ꝑ cogitationem semitā fecerit voluptas. in sermone vanitas. in ope peruersitas. quid aliđ agit̄ nisi ꝙ in ꝯsuetudinē quasi in funē. hec tria torquēt̄ Est aūt laqueus in fune. dulcedo tꝑalis in ꝯsuetudine. circumdatio funis. impedimenta sunt carnis. dulcedine igit̄ decipimur. consuetudine ligam̄.

Ca. .XXVII. d

De monacho curiali ⁊ causidico

Cum autē mōachus đr curialis ex adiuncto designat̄ aliquid leuitatis. ordo claustri ⁊ ordo curie diuersus. ibi sedes in insidijs cū diuitibꝫ in occultis. hic audis non sedi cū ꝯcilio vanitatis ⁊c̄ ibi dextera tua repleta est muneribꝫ. hic lauas inter innocentes manus tuas. ibi pauperum res violēter auferunt̄ Hic a paupꝑibꝫ sponte offerunt̄. Ibi laudatur peccator in desiderijs aīe sue. Hic aūt benedicit̄ iusto. Contingere enim quādoqꝫ solet vt monachi qui curias frequentant. causas audiant. iudicia perquirant. ament decreta ꝯsiliorum non secreta misteriorum. laudari appetunt. qꝛ pro multis loquunt̄ sed monachi multum loquentes multis displicent. de incertis iudicant. testantur sepissime quod ignorant Si vero res ad effectū ꝑuenire non valeat monachus causidicus iter parat vt quod alibi fieri non potuit. rome fiat Pro principe ergo seculi alpie frigus ytalie calores libenter patitur qui ꝓ magistro spirituali multo leuiora inuitus forsitan pateret̄. Oneratus cartulis auctoritatibꝫ fultus reuertitur ponit diez cause. ꝑsonas inducit. que parate sunt iurare quod est. ⁊ si velis iteruz iuret qđ non est. Quid ergo dicam nonne magis amas monache causidicus esse de simul discumbentibus cum herode. q̄ꝫ in vinculis ⁊ carcere teneri cū iohāne

Ca. XXVIII. d

De vestitu superbo monachoꝝ

ait apostolus. Non in veste preciosa que molliciei p̄ciosiorem vestem negat putasne monacho preciosiorem habitū ꝯcedit. plus amat terrenus sponsus sponse castitatem. q̄ꝫ preciosam vestem. plus simplicitatem q̄ꝫ tortum crinez. Sic immortalis sponsus cristus plus amat interiorez habitū. q̄ꝫ exteriorē. molles mollia querunt. elati preciosa. delicati speciosa. Exterior eñ superfluitas animi nunciat vanitatē qꝛ vt đr beatus berñ. Nemo preciosas vestes nisi ad inanez gloriam querit. Unde peccatū est querere preciosum vestitum dicente beato gregorio. Nullus estimet in fluxu preciosarum vestium peccatum deesse. qꝛ si hoc peccatum non esset nullo modo dominus Johannem de vestimenti asperitate laudaret. non enim vestis sed puritas mentis ornatum facit monachum vel clericum. Unde beatus iheronimus. Non tenera vestis. sed mundicia mentis ornatum facit clericum. Ipse namqꝫ celestis sponsus christus cum ꝯspexit animam virtutibꝫ adorna

tam eius decorem concupiscit ꝛ in amplexuz illius volat. Unde ꝛ petrus damiani. Inuisibilē quippe sponsum inuisibilis oblectat ornatus. ꝛ cū sctām animā ꝯspicit enitere virtutibꝰ in eius illico volat amplexus. cui dicit. Pulcra es aīca mea. suauis ꝛ decora sicut iherusalem Sicut iherusalē ait. non sicut babilon. Babilon sane dyabolus. iherusalē inhabitat xp̄s Jlle luxuriantis amictus vanitate reficit. hic asperis ꝛ humilibꝰ si cordis non desit humilitas non delectat. hec petrus. Uñ notandū ꝙ non solū in veste preciosa. sed etiā in vili amictu potest eē iactantia. Teste beato augustino. Non solum in rerū corporeaꝝ nitore atqꝫ pompa. sed etiam in ipsis sordibꝰ esse posse iactantiā. ꝛ eo periculosiorē quo sub nomine seruituris decipit. Et philosophus dicit ꝙ ꝛ supabundantia ꝛ defectus inordinatus ad iactantiam pertinet. Unde de beato augustino legit ꝙ vestes nec nimis preciosas nec nimis viles habere volebat. qꝛ in vtroqꝫ hoīnes sua querunt. Si autē hoc aliquis in humilitate facit ꝓpter maceratōem carnis vel humiliatōem spūs ad virtutem tempantie pertinet. sed medium tenere in hmōi magis est salubre. Uñ dicit beatus ber. Nec affectare sordes nec exquisite mundicie ꝯueniunt xp̄iano. Et ideo vestimentū tale nobis eligendū est quo possit nuditas operiri. ꝛ vis frigoris atqꝫ omne quod extrinsecus ledit arceri. vt in die honestuz appareat. ꝛ in nocte necc̄itatem expleat.

Caplm XXIX. Q

De cibo exquisito.

Cum autē legas deliqsse ionathan in gustu mellis. esau in edulio lentis. zodomitas in saturitate panis. putas ne esse sine periculo tot carnis ferculis. tot piscium generibꝰ. tot frixuraꝝ diuersitatibꝰ delectari. nonne sic differt pallacium a refectorio sicut egiptus a deserto Si ergo in deserto sumus. mirandū non est si ollas carnium semp habent. adhuc inquit esce in ore ipsoꝝ ꝛ occidit pingues eorum Occidit enim pingues quoꝝ deus vēter est. qui nutriebant inquit in croceis amplexati sunt stercora. Crocus in oriente nascitur. colorat ꝛ saporat In croceis ergo nutriunt qui in initio cōuersionis interius sapore virtutum reficiunt. exterius vero boni operis exēplo conantur. Sed hi amplexant stercora. dum post sobrietatis ꝛ abstinentie vitam reuocat eos ventris cura. Et fit quandoqꝫ vt qui in sua domo añ cōuersionem sobrie vixerant. postmodū in monasterio gulosi fiant. placat eorum venter deus diuersorum hostiis ferculoꝝ. inclinat aurem rumoribus excitat saporꝝ generibꝰ. demulcet confabulatione. non oratione sꝫ ocio gaudet. somnolentia delectat. Per similitudinē ergo deus ventro assimilat dū ei tota deuotōe per omnia seruit

Ca. XXX. R

De rumoribus i claustro

a affluētia ciboꝝ ꝯcitari solet. inundatio verboꝝ saturitatem ventris sequit leuitas opis ꝛ vanitas mentis. Sedit populus manducare ꝛ bibere ꝛ surrexerunt ludere Ludere inquit. non legere. Sunt enim quidam post delicati cibi diuersa fercla qui cū in claustro sedeant non lectioni ꝛ silētio. sed rumori ꝛ curiositati vacāt. qui locū ꝛ tempus nusqꝫ ꝛ nunqꝫ seruant. sed instabiles ꝛ ociosi. nunc hos. nūc illos ad colloquium vocant. Pone inquit psalmista custodiam ꝛ ostium circumstantie labiis meis. Ostium dixit

non murum sed hostium ponit quod tempore et loco clauditur et aperitur. Est tempus et locus tacendi et loquendi. aperitur itaque hostium in claustro hora constituta lectioni in capitulo. confessioni in ecclesia orationi in oratorio. clauditur iterum in claustro confabulationi. Ubi autem rumores debent esse claustralium. ad quos non pertinent bella principum secularium. sed pugne temptationum. delectare ergo karissime his rumoribus non exterioribus. gaudent enim multi claustralium dum de regibus fabulantur. dum casus militum narrant. dum periculis loquuntur. a quibus ipsi non agnoscuntur. multorum partes defendunt. pro multis irascuntur. pro multis litigant. ignorant tamen quod negant et affirmant. Si autem de regibus sermo est. docet lectio claustri certamina regum et casus eventus bellorum. quomodo moriebatur saul. et quis eius mortem nunciavit david Audire forsitan velles rumores pacis. non belli. concordie. non discordie. Regina saba novit rumores huiusmodi que audita sapientia salomonis a finibus terre venit.

Ca. XXXI.

De lite in capitulo Infirmitati mortalium omnipotens deus pater benigne providens. in ecclesiis instituit tria. scilicet medicos. loca. et remedia. medici sunt prelati. loca capitula. modi penitentie remedia. Attende igitur in samaritano prelatum in stabulo capitulum in infusione vini et olei. fomentum consolationis. et asperitatem correctionis. hec est piscina compunctionis. in qua sanatus est infirmus post commotionem vere confessionis. nec tamen sanabitur nisi unus. nisi enim fit unitas deest sanitas. qui ergo amant litem destruunt sanitatem. Intolerabilis igitur est hec abusio. ut ibi litiges. ubi te accusare debes. ut ibi augetur culpa. ubi deleri

pr ut ibi contemnes christi vicarium. contemnes christum. Sed forsitan dicit aliquis religiosorum. possum pati magistrum. sed cum negligentiam prelatorum considero obedire contemno. cum video fratres meipso deteriores. accusationes ipsorum pati nolo. Cum dicis fratres teipso deteriores deterior factus es quare contemnis magistrum an nescis christum coram pilato iudicatum. tulit crucem pro peccatis tuis. non pro suis. et tu virga tenuis flagellari. ille non erubuit coram populo flagellari et tu dedignaris spoliari coram magistro. accusatur et tacet accusaris et litigas. si in hoc perseveres. in deum peccas. igitur in loco remissionis inducis litem contradictionis hic est locus pre ceteris diabolo odiosus. hic amittit quos alibi acquisivit. hic est ei locus spiritui sancto consecratus. officina spiritussancti. in qua filii dei congregantur. ut ei reconcilientur. Noli esse frater sicut sathan inter filios dei Sathan est. qui magistro contradicit et fratribus adversatur. Noli queso esse in capitulo sicut sathan et sicut adam in paradiso. an nescis sathan expulsum a capitulo celi Adam a capitulo paradisi Judam a capitulo christi. In primo culpa superbie In secundo inobedientie. In tercio avaricie. Lucifer non attendens dignitatem creatoris casurus. quesivit sedem elationis. Sic quidam claustralium dum generis nobilitate preminent. dum literarum scientia pollent. dum propria virtute ad laborandum prevalent. dum vocis modulatione placent. dum in qualibet facultate artium ceteros fratres precellunt. elationis sedem petunt Et qui ex dono tanti muneris humiliores esse deberent. contra debiliores et illiteratos superbi tument

Capitulum XXXII.

De dissolutōe in choro. In ecclesia cum ad opusq᷒ inuentū fuerit accedit̄. humilitatis honestas diligentius obseruet̄ ne qui in ecclesia ante ꝓspectum dei venimus ibidē deteriores simus. Sunt eñ quidā qui mente vagi. attoniti oculi. hitu dissoluti. plana parietū ꝓspicientes plustrant. aliud cantant. aliud cogitant. in choro sunt corpe. sed in foro mente. Sunt etiam alij voce dissoluti qui vocis sue dono gloriant̄. nec tantū gaudent de dono gratie sed alios spernunt tumentes elatione. aliter cantāt ꝙ libri habeant. fortassis vt placeant populo magis ꝙ deo. qui sic cantāt nō cantant in choro cū maria sorore moysi. sed in palacio cū herodiade vt placeant herodi ⁊ simul discūbentibus. delectant̄ enim altitudine vocis. Nemo tñ altius cantat eo quē dominus audi reꝓsueuit de monte sancto suo. nemo dulcius ꝙ cui inclinat aurem suā dñs Uoce mea inquit ad dñm clamaui. ⁊ exaudiuit me de monte sctō suo. Esto igit̄ in valle humilitatis. vt in monte sancto audiri merearis. sed si sic cantas vt ab alijs laudem queras. vocem tuā vendis ⁊ facis eam non tuā sed alienam. caue ne monasteriū vertas in theatrū. habes in ꝑāte tua vocem. habeto ⁊ aīam. frangis vocē frange ⁊ voluntatem. seruas ꝯsonantiā vocum. serua ⁊ ꝯcordiam moꝝ. vt per exemplū ꝯcordes primo. per voluntatē deo. per obedientiā magistro. hec est ꝯcordia.

Capitulum XXXIII.

De irreuerentia circa altare. Ultimo de duodecim abusioib᷒ claustri dicturus accedo. qui me soluz inter ceteros in hac ꝑte negligentiorem reperio. qui licet ablutis manib᷒. lota facie. albis vestibus indutus accedā ad altare. tñ puer sus ope. pollutus ore. immundus corde. xp̄i corpus nō ꝑtimesco manibus tractare. accedo elatus ad humilē. iratus ad mitem. crudelis ad misericordem. sed tamen patit̄ humilis elatum mitis iratū. crudelē misericors. Accedo seruus ad dñm non amore sꝫ timore. non deuotōe sed vsu. accedo igit̄ ad altare vanus curiosus vanitati subditus Sunt etiā multi alij in seculo qui non tm̄ vani curiosi ⁊ voluptuosi. sꝫ etiam cum ambitōe non cum deuotōe accedunt ad mensam xp̄i. qui etiam nō accederent. nisi se aliquid recepturos sparent. Accessit ad iesum petrus ⁊ iudas. accesserunt discipuli. accesserūt ⁊ milites crucifigētes. accedūt ⁊ quotidie ad corpus xp̄i religiosi. accedūt ⁊ peruersi sacerdotes. ex quib᷒ multi terrenis inhiant. terrena sapiunt. non nulli assidui in plateis. in ecclesia rari. tardi ad inuestigandū culpam peccatoris. parati ad inquirenda vestigia leporis. velociores ad ꝯgregandos canes ꝙ ad ꝯuocandos pauperes. libentius porrigunt panem cani ꝙ pauperi plures seruiunt eis ad mēsam. ad missam nullus. Hi sunt quoꝝ thalamus ornatior est ꝙ eccl̄ia sua. mensa patior altari. ciphus calice ꝑciosior. equus carior missali. cappa casula pulcrior. camisia delicatior alba. Ecce quō obscuratū est auꝝ fuligine peccatoꝝ. mutat᷒ ē color optimus decoris ⁊ sanctitatis in feditatē vitioꝝ. lapides sanctuarij sunt dispersi in capite omnium platearum. q2 dum per vitam mundā ⁊ orationem intus in ꝯtemplatione dei esse debuerant. per vitam reprobam foris passim vacant. Ecce iam pene nulla secularis vite actio quam sacerdotes cristi non admīstrent. nulla mundi nego

cia. in quibus ministri altaris se non occupent. nulla rerum improbitas. qua monachalis ordo se non implicet. pene nulla illecebris vite blandicies. qua se castitas sanctimonialium non commaculet. Sanctuarij igitur lapides dispersi sunt in plateis. cum religiosi quique lata mundi itinera sectantur. et non solum in plateis. sed in capite omnium platearum dispergunt. quia et iacent per ministerium operis. et honorari volunt de ymagine sanctitatis. Igitur prelati subditos diligenter custodiant. subditi prelatis obediant devoti sint senes. laboriosi iuvenes. sit honestas in habitu. mediocritas in victu. in claustro assidui. in curia rari. ut non sint curiales sed claustrales. sint intenti psalmis non causis in claustro non sit rumor sed lectio. in capitulo non lites sed confessio sit. in choro serena simplicitas. circa altare reverentie honestas Ex his observantie mandatis pendet summa totius religionis et sic patet de .xij. abusionibus claustri

X Sed et hoc sciendum quod sunt nonnulli fratres in sancta religione. qui valde proni sunt ad detrahendum. et ad iudicandum alios quod multum in religiosis reprehensibile et periculosum est. Detractio autem secundum quod dicit hugo. est locutio ex invidia procedens. bona illorum denigrans. Unde ille detrahit. qui bona proximi. inquantum potest minuit Sunt autem plurimi. qui propter hoc alijs detrahunt ut ex vituperatione aliorum ipsi laudabiles appareant. quod prohibet beatus hieronimus. ita dicens. Nulli unquam omnino detrahas. ut vituperatione aliorum te laudabilem videri velis. hec hieronimus. Hoc igitur vitium valde est cavendum quia detrahens et libenter detractionem audiens. ambo malignum spiritum in lingua portant Teste beato bernardo. qui dicit. Detractor et libens auditor uterque diabolum portat in lingua. Est etiam lingua detractoris. quasi vipera infectiva. et lancea acutissima tres penetrans ictu uno videlicet detrahentem audientem detractionem. et cui detrahitur. quod idem bernardus. sic ait. Nunquid non vipera est lingua detractoris ferocissima. plane nimirum quod tam letaliter inficiat flatu uno nunquid non lancea est lingua ista profecto acutissima. que tres penetrat ictu uno. hec bernardus. Tales vero viz detractores multum odit deus. per apostolus ad romanos .dicit. Detractores deo odibiles et ideo ab unoquoque hoc vitium est valde detestandum Et sicut nostro studio non debemus materiam dare alijs detrahendi. sic per maliciam contra nos excitatos debemus patienter sustinere. ut nobis meritum crescat. de hoc dicit beatus greg. Lingua detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ne illi pereant. ita per suam maliciam excitatas debemus equanimiter tolerare ut nobis meritum crescat. perversorum namque derogatio vite nostre est approbatio. quia iam ostendit aliquid iuste nos habere. si displicere incipimus illis qui deo non placent. hec greg. A De iudicio quidem incauto proximorum sciendum quod dubia mala que dicuntur de proximis sunt in meliorem partem interpretanda. et nullus debet alium diiudicando contenere sine rationabili causa. unde ubi non apparent manifesta signa de malicia alicuius. debemus eum ut bonum habere in meliorem partem quod dubium est interpretando unde dicit quedam glo. super illud apostoli. Qui non manducat manducantem non spernat et iudicet. Ex hoc namque quod aliquis habeat opinionem de aliquo absque sufficienti causa iniuriatur ei et contemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere vel nocumentum aliquod inferre absque causa cogente. et ideo ubi non apparent manifesta iudicia de malicia alicuius. debemus eum ut

bonum habere. in meliorē ptem inter
pretando qđ dubium est Et melius est
ꝙ aliquis freqn̄ter fallatur habens bo
nam opinionē de aliquo malo homīs.
ꝙ̄ rarius fallat̄ habens malam opinio
nem de aliquo bono. qꝛ ex hoc fit iniu/
ria alicui. non aūt ex p̱ximo. Unde ca/
uendū est ne quis sit aliene ꝯuersatio/
nis temerarius iudex. ⁊ etiam si quid
forte dep̄hendat in p̱ximo reprehensi/
bile. non tn̄ statim iudicet sed potius
excuset. ⁊ si non potest excusare opus
excuset intentionē. Ad qđ faciendum
hortat̄ beatus bernar. sic dicens. Caue
aliene ꝯuersatōnis esse aut curiosus ex
plorator. aut temerarius iudex. etiam
si perperam actum sit qđ deprehendas
nec sic iudices p̱ximum. magis autē
excusa intentionē si opus non potes.
puta ignorantiā. puta surreptionē. pu
ta casum. ꝙ si omnino dissimulatōem
rei certitudo recuset. suade nihilomi/
nus ipse tibi. ⁊ dicito apud temetip/
sum. vehemēs fuit nimis temptatō. qd
de me illa fecisset si in me similiter ac/
cepisset potestatē. hec bernar. Si vero
aliqua suspitio de p̱ximo ex fragilita/
te nobis subrepserit debemus illi resiste
re ⁊ a diffinitiua snīa huiusmodi iudi
cioꝝ ꝯtinere Unde thomas de aquino
Si suspitōes vitare non possumus qꝛ
hoīes sumus. iudicia tn̄ firma scʒ sen/
tentias ꝯtinere debemus. hec ille.
B Et notandū ꝙ qui per semetip̄m
rep̄hensibilis est non debet iudicare a/
lios. qꝛ per hoc magis seipsum ꝯdem/
nat. Unde beatus ambro. Cum graue
sit de altero iudicare. ille de alterius o
re iudicet qui in seipso non hʒ qđ con
demnet. ne dum de alio iudicat. in se/
ipsum snīam ferat. hec ambro. Unde
vnusquisqʒ valde cautus debet sibi esse
in p̱ferendo vel audiendo iudicium de
ꝯuersatione p̱ximoꝝ. qꝛ sunt nonnul/
li qui forte lesi sunt. vel offensi per ali/
quos. Cū vero de eisdē fama nō bona
exorta fuerit statim ad iudicandum ta
les qui eos offenderunt p̱siliunt ⁊ qđ
se putant zelo caritatis agere. hoc non
nunꝙ̄ faciunt zelo inuidie. ⁊ ideo pec
cant. Et sunt nōnulli qui ꝙ̄uis nō sint
offensi per aliquos. tn̄ cū audiunt ma/
lam famā de aliquo statim se asserunt
esse scandalisatos ⁊ quandā molestiā
atqʒ displicentiā in corde ꝯtra p̱ximū
ꝯcipiunt p que caritas ledit̄. Et sunt
nōnulli qui cū aliqua mala de p̱ximis
audiunt. non solū dedignant̄ illis. ve
rumetiā sup eisdem in sua cogitatōne
preponunt eo ꝙ se existimant talia ma
la nō admisisse. Unde necē est vt in ta
libꝫ cauti simus. ⁊ cū aliquid incōue/
niens factū de p̱ximo audimus. nō si/
mus p̱ni statim ad iudicandū. sed ma
gis ad ꝯpatiendum. qꝛ forte in similia vel
maiora aliqn̄ lapsi sim⁹ vel labi possu/
mus si lapsi non fuimus. Et ꝙ̄uis cō/
passio circa p̱ximos sit habenda. non
tn̄ vitia eoꝝ p̱pter hoc sunt nutrienda.
sed ex zelo caritatis siue iusticie. ⁊ nō
ex zelo odij ⁊ inuidie sunt arguenda.
Unde cū aliquis publice peccat. dʒ in
publico corrigi vel corripi vel emenda
ri vt ceteri metū habeant. si aūt occul/
tum est pctm̄. ⁊ ad noticiam alicuius
deuenerit. debet p̱ximū suum in secre/
to monere vt ab hoc malo desistat. nec
statim eum p̱dere ne sua fama ledatur
si autem noluerit se corrigere adhibe/
at vnum vel duos. ⁊ coram illis corri
piat̄. quem si nec sic correxerit. tunc
ꝯtemnenda est eius fama. delicta illi/
us ac vitia sunt in publicū p̱palanda ⁊
per supiores corrigenda seu puniēda.
De hoc sic dicit quedā glosa. Notan/
dū ꝙ pctā publica sunt in publico ar/
guēda vt ceteri metū habeant. ʒ quan
do sunt secreta tūc debet fieri primo in

secreto. Debet igit temptare si possit fratrem suũ emendare absq detrimento sue fame. qꝛ fama ↄputat inter maioꝛa bona hominis circa virtutes. ⁊ ideo coꝛrigens fratrem debet quantum potest ↄseruare eius famam. Alia causa est qꝛ amissa fama vel lesa. efficitur homo inuerecundus ⁊ per ↄsequens minus a peccato retrahitur. q̃ pꝛius.

¶ Est ergo debitus pꝛocessus in coꝛrectione caritatiua. vt homo coꝛrigat fratrem suũ inter se ⁊ ip̃m solũ. vt sic possit eũ saluare cũ omni integritate fame sue. si autem non audierit adhibeat vnus vel duo. qꝛ eñ fama ẽ minus bonũ. q̃ sit bona vita. si non possit seruari vita bona fratris sine detrimẽto fame sue. tũc ꝓcedẽdũ est ad salutẽ bone vite cũ aliquali lesione sue fame. ⁊ ideo adducendus ẽ vnus vel duo ad sciendum fratris delictũ. vt coꝛaꝫ eis arguat. ⁊ si se non coꝛrexerit. tũc simpliciter ↄtemnenda est eius fama. vt ↄseruet bona vita vel saltem oꝛdo iusticie ad terroꝛem alioꝝ. ⁊ tũc testes sunt inducendi ad facti ꝓbationẽ. qui pꝛius fuerant inducti ad fratris secretaꝫ coꝛrectionem. hec glo. Unde cũ pꝛoximum audimus vel ↄsideramus nõ curare. non debemus eũ iudicare sed cõpassionem erga ipsum habere. ⁊ ꝑ illius coꝛrectione dñm exoꝛare. ⁊ cum coꝛripiendus est pꝛoximus aut emendandus pꝛo suis excessibꝫ. ꝑ suum superioꝛem hoc pꝛelatus debet ex caritate ⁊ zelo oꝛdinato facere. Sic igit habemus de peccatis moꝛtalibꝫ ⁊ eoꝝ circumstantijs ac alijs vitijs ꝓut dñs donauit expositũ. que oĩa a volẽtibꝫ in statu religioso ꝓficere sunt detestanda ac fugienda. qꝛ vt dictuꝫ est supꝛa status ꝓficientiũ ↄsistit pꝛimo in peccatoꝛuꝫ ac vitioꝝ detestatione. necesse est enim valde oĩbꝫ maxime tñ ꝓficere volentibus. vt vitijs resistãt ac pctã detestent qꝛ pctm̃ multa mala ĩfert homini. De quo etiã dĩt beatus aug. Peccatum est pꝛiuatio gloꝛie. coꝛruptio nature. obpꝛobꝛiuꝫ fame. elongatio dei. appꝛoximatio diaboli. amissio regni. obligatio inferni. hec august. Et beatus berñ. Qui pctõ cõsenserint manebit in eis hoꝛroꝛ in exitu. doloꝛ in trãsitu. pudoꝛ in ↄspectu magni dei. hec berñ. Et sicut virtutes faciunt hoĩem seruum dei. sic peccatũ ſuũ diaboli Teste beato aug. qui dĩt Oĩs nimiꝝ peccatoꝛ seruus est tot demonioꝝ. quot fuerit vitioꝝ. hec augu. Non solum autem fugiendũ est pctm̃. sꝫ dẽ p̃teritis facinoꝛibꝫ ↄmissis semꝑ dolendũ. nam sunt nonnulli. qui non solum nõ dolent de pctĩs aliqñ ꝑpetratis. verũetiam cũ ad memoꝛiam eadẽ reducũt. quandam lasciuaꝫ exultationem de illis in mente concipiũt quod valde displicet deo. ⁊ multũ abhominabile est coꝛam dño Uñ beatus augusti. Nullum scelus eoꝛũ deo tam abhominabile est. q̃ peccata pꝛeterita vnicuiq nostrũ dimissa reminiscendo De eis gaudere ⁊ inde exultare. Hec aug. Unde vnusquisq metuꝫ moꝛtis ante mẽtis oculos habeat. ne in aliqua pctã ruat. qꝛ ſm qd̃ dĩt beatus iheroni. Audacter peccant. qui de moꝛte nõ cogitant Maxime etiam valet ad resistẽdum vitijs a peccatis timoꝛ gehenne ⁊ amoꝛ dei. Nam qui perfecte perpendit eterna inferni supplicia. que perpetua sunt omnibus peccantibus ⁊ inique agentibꝫ. ⁊ eterna gaudia iustoꝛũ ac societatem supernoꝛum ciuiuꝫ. qua pꝛiuant omnes vitiose ⁊ nequiter viuentes. vtiq talis pertimescat pꝛaua agrere ⁊ peccare. De quo ꝓsper sic ait Nulla res sic nos ab omni malo seruat immunes. sicut timoꝛ supplicij ⁊ amoꝛ dei Ad penam que peccanti debet mẽs

anteq̃ peccet aspiciat. ⁊ nulla eum ad peccandū delectatio carnalis inclinat Cogitare quale maluȝ ab illo gaudio diuine ꝯtemplationis excludi. beatissima oīm sanctoꝝ societate priuari. mori vite eterne ⁊ morti viuere sempiterne. ꝓfundo gehenne fluctuanti immergi. edacissimis vermib⁹ ineternū dilaniari. nec finiri. hec ⁊ similia cogitare nihil aliud est q̃ vitijs omnib⁹ repudiare ⁊ oīa carnalia blādimēta refrenare. hec Prosper. Sic igit̄ pȝ primum in quo ꝯsistit status ꝓficientiū. vicȝ in peccatoꝝ ac vitioꝝ abstinentia ⁊ detestatione.

Sequit̄ distinctio secunda secunde ꝑtis Malogranati. Filius.

Postquā infor matus sum de pctīs capitalib⁹ siue mortalib⁹. ⁊ alijs diuersis vitijs ⁊ circumstantijs eoꝝ a quib⁹ primo debent abstinere ꝓficientes. Nunc de scd̄o videlȝ de virtutuȝ opatione qd̄ pertinet scd̄o loco ad ꝓficientes. ⁊ primo quid sit ṽtus de hoc cupio edoceri.

Ca. .I. Pater. D

Scire debes fili primo ꝙ nequaq̃ in vita ṽtuosa poterit quis delcāri q̃diu fuerit in pctīs ⁊ vitijs inuolutus. Vnde dt boe. Constat ꝙ aīa peccatis obnoxa in nullo eoꝝ que dei sunt. aut que ad beatā vitam ꝑtinent. poterit delectari. Et beatus augustin⁹. Mens non pt̄ habere regnū virtutū. nisi iugum prius excusserit vitioꝝ. Nec etiam ſm beatū greg. bonū meritorie agit̄. nisi prius malum deserat̄. Vnde necesse est volenti in virtutib⁹ ꝓficere vt abstrahat se a quibuslibet vitijs. statim cum sentit se aliquo eoꝝ interius pulsari vel exterius occupari. non solū a maiorib⁹ ṽ etiam leuiorib⁹. i. ab ociosis verbis. a iocis. ab action: b⁹ infructuosis ⁊ maxime a cogitatōībus vanis ⁊ affectōnib⁹ vanis ⁊ vitiosis ⁊ carnalib⁹ ꝯcupiscentijs q̄ nec ad horā debemus in corde ꝑmittere morari ne offendam⁹ deū ⁊ scōs āgelos ꝑn̄tes nobiscū. ⁊ ꝯsciaȝ sordam⁹. ⁊ bona q̄ possemus cogitare ⁊ agere interim negligimus. Sic abrahā quondaȝ iubente deo sacrificia offerens descendētes super ea volucres ad lacerandū vel fedandū sollicite abigebat. Et nos ne aliq̄n in ꝯspectu dei appareamus vacui cū sacrificia ei offerimus bone voluntatis. bone actionis. bone locutionis. sacre meditatōis ⁊ pie affectōnis volucres malaꝝ cogitatōnū ⁊ affectionū statim abigere debemus. ne ea nobis dissilantib⁹ aliquatenus nos maculent. ⁊ deo ingrata efficiant. ⁊ nobis inefficacia ad meritū ad vitam spūalem ꝓficiant Qui ergo bonū hospitē xp̄m non vult effugare de hospitio cordis sui. inimicos eius. i. vitia secū nō hospitet. Dȝ ergo quilibet ꝓficere volens ꝯtra vitia se armare ⁊ viriliter resistere. ⁊ ad bonū seu fructuosuȝ opus qd̄ ex alterius ammonitōe vel ex diuina inspiratōne intelligit faciendū strennue se habere. multū em̄ ꝓfectū negligimus tam meritoꝝ q̃ premioꝝ. eo ꝙ sepius tedeat nos bonis studijs insistere. ex horrore habemus difficultatē. aut si voluntatē faciendi habemus qd̄ tunc etiā de tempore in tp̄s differimus ⁊ ꝓcrastinam⁹ et interim irrecupabiliter perdimus tempus ⁊ premiū quod lucrari poteramus. aut ita desidiose ⁊ indeuote facimus. ꝙ nec deo est valde gratum. nec ꝯscientie nostre meritorium vel consolatorium. imo corrosiuum quod etiaȝ

inde puniri timemus. et ex insipidita te tedet nos laboris et festinamus inde cito solui. et tedet nos aliquid simile inchoare. de hoc beatus bern. sic dicit. Recordare viarum tuarum. et vide quantum inter se distet via per quam hactenus ambulare et ad deum. et vide quantum distet ortus ab occidente. sic viasa se discordare. cum via per quam ambulasti sit plena leuitate ocio dissolutione corruptione vanis quibusdam delectationibus. cum te non lateat quod qui mollis est et dissolutus semper fit sua tempora dissipans. et quod vere opera eius in eo non vigeant sed potius dissipantur. confateor quidem nonnunquam cogitans mores velle corrigere carnalibus desideriis plus et plus velle resistere. dei laudibus inuigilare proponis hec quidem numquam vel rarissime video a te effectui mancipari. imo si quando incipis sic misere desinis. vt ab inimicis tuis merito tibi illud dicatur hic cepit edificare et non potuit consummare. nonnunquam cum debes orationi vel meditationi insistere torpore grauaris. somno deprimeris. cogitatione superflua seduceris et nonnunquam vt tempus orationis expendas in desideriis carnis et si qua tibi confortatio gratie tribuenda esset hanc tibi subripit carnis pigritia. ita vt ipsa conforteris. spiritu debili permanente. O de impia misericordia et dura crudelitas ancillam domine substantiam voluptuose consumere permittis domina famelica permanente. hec bern. Restat. ergo imminente pugna. vt a fortiori infirmior superetur. Necesse igitur est qui viam virtutum ingredi desiderat vt constantiam mentis et bonum propositum habeat quod ex dono dei perceperit in virtutibus et bonis operibus illud viriliter exerceat nam sunt nonnulli. qui deum sequentes post eum ambulant. alii currunt alii fortiter currunt. De quibus grego. super cant. exponens illud dictum Curremus in odore vngentorum tuorum sic dicit. In odore vngentorum dei currimus. cum donis spiritualibus afflati in amorem visionis eius inhiamus. vnde in eo quod homines deum sequuntur alii ambulant. alii currunt alii fortiter currunt. Post deum ambulat qui tepide sequitur. currit qui frequenter sequitur. perfecte currit qui perseueranter sequitur Hic autem non motus sed cursus dicitur. quia non sufficit vt sequamur nisi etiam desiderando curramus quod vero neque currere sufficit nisi etiam perfecte curratur Paulus dicit Sic currite vt comprehendatis. hec grego. ¶ Primo sciendum quid sit virtus Virtus vt ait beatus august. est bona qualitas mentis. qua bene viuitur. qua nullus male vtitur quam solus deus in homine operatur. Item secundum ysidorum. Virtus est animi habitus nature decus. vite ratio. morum pietas. cultus diuinitas. honor hominis. eterne beatitudinis premium. Ethimologia etiam virtutis hec est. dicitur enim virtus quasi vis intus Et hec vis consistit in aggressione arduorum. et in tolerantia aduersorum. et in abstinentia placitorum. Videndum igitur nunc est de effectu virtutum Pro quo sciendum quod sicut corpus propter frigus honorem et decorem vestimentis induitur. sic anima virtutibus vestitur. vt contra impugnantia vitia per virtutum inductionem defendatur Unde beatus augustinus Sicut corpora propter algorem. laborem. honorem. et decorem vestibus induuntur. sic propter easdem causas anime virtutibus vestiuntur. ita videlicet vt cum sint multa malorum genera. nos impugnantia. per virtutum inductionem a singulis defendamur. Sed sciendum quod humana fragilitas ad vitia perpetranda prona est. et faciliter inclinatur. ad virtutes vero exercendas cum difficultate assurgit Unde dicit ysido. Ad virtu

sentimus. quotiens iniustum aliquod volumus. quotiens inordinatũ aliqđ agimus. statim reprehensibiles minime ignoramus sed nũquid eque oẽs reprehensione dignos se esse iudicant. qñ aliquid inutile vel inordinatũ cogitãt multoꝝ est seipsos reprehendere de perverso opere vel praua voluntate. pauci sunt. qui seipsos diiudicant de inordinata cogitatione sed ꝑfecti viri hoc faciunt ⁊ facere eos oportet. qui perfecti esse volunt nũqꝫ malũ approbo. nunqꝫ malo ꝯsentio. nunqꝫ maluꝫ ꝑficio nisi ipse etiam voluero. malum aũt ꝑ cogitationem occurrere potest etiam inuite sed exurgens malũ statim cũ ꝑ cogitationem pulsat debet in iudicium adducere ⁊ diligenter discutere. deprehensum damnare ⁊ deceptoriam cogitationem ⁊ temptantia mala ex tormentorum recordatione extinguere. hec richardus E Notandũ etiam ꝙ si mentis euagatio que fit ꝑ inutiles cogitationes nõ restringit᷑. sensualis appetitus minime ꝯpescit᷑. Et sicut de inconstantia mentis. nascit᷑ inordinata ꝯmotio corporis. ita quoqꝫ dum corpus per disciplinam ꝯponitur. aĩmus ad ꝯstantiam solidat᷑ Liganda sunt ergo foris per disciplinam membra corꝑis vt intrinsecus solidet᷑ status mentis. De hoc hugo sic dĩt Sicut de inconstãtia mentis nascitur inordinata motio corporis ita quoqꝫ dũ corpus ꝑ disciplinam stringit᷑. aĩmus ad ꝯstantiã solidat᷑ ⁊ paulatim intrinsecus mens ad quietẽ ꝯponit᷑ cũ ꝑ discipline custodiam mali motus eius foris fluere nõ sinunt᷑. integritas vero virtutis est qñ ꝑ internam mentis custodiam ordinate regunt᷑ membra corporis. sed qui statũ mentis ꝑdit subsequenter foras in inconstantiã motionis defluit. atqꝫ exteriori mobilitate indicat qua interius radicẽ subsistat. Liganda sunt ergo foris per disciplinã membra corꝑis. vt intrinsecus solidet᷑ status mentis quatenus dũ vndiqꝫ exterior custodia interiori mobilitati cohercẽdo opponit᷑ tandem mens ad stabilem pacẽ in semetipsa colligat᷑ F Dũm namqꝫ vitiorum motus disciplina cohercet ⁊ quantũ mala desideria foris cohercendo ꝯprimit. tñ ꝑ ea bonũ desiderium interius ꝯualescit. paulatimqꝫ eadeꝫ virtutis forma ꝑ ꝯsuetudinẽ mẽti imprimit᷑. que foris ꝑ disciplinam in habitu corꝑis ꝯseruat᷑. Dicit etiã de hoc richardus de sancto victore. Si ymaginationis euagatio que fit ꝑ inutiles cogitationes prius non reprimit᷑. absqꝫ dubio sensualitatis apetitus immoderatus minime tꝑat᷑. Qui igit᷑ vult corporalium desideria voluptatũ tꝑare prius assuescat carnales delicias nũqꝫ vel salteꝫ raro cogitare ꝑfecto namqꝫ quanto talia rarius cogitaueris. tãto rarius ⁊ tepidus ea desiderabis Nam disciplina corꝑis absqꝫ disciplina cordis sine dubio inutilis est. ⁊ ecõuerso disciplina cogitationũ sine disciplina sensuũ obseruari non p̃t. Si em̃ corporis sensus a sua euagatione nõ restringit᷑. carnalis appetitus inquietudo nõ extinguit᷑. si tñ corporis sensus viriliter domat᷑ ⁊ violenter restringit᷑ rigore discipline. incipit in assuetis oblectamentis minus minusqꝫ delectari. in quantũ ergo appetitus vel ceteri sensus hominis ad equitatis mensurã restringunt᷑. eo citius ad ꝑfectionis formam ꝑuenitur.

Filius

Scire etiã desidero aliqua de pugna spũali ⁊ que sint q̃ nos principaliter impugnant.

Ca. .III. Pater G

DEbes scire qd tres sunt que bella mouent cōtra nos ⁊ expugnare ꝯtendunt. videlicet dyabolus. caro ⁊ mundus. Dyabolus per vitia. caro ꝑ mala desideria mundus per ꝓspera ⁊ aduersa. Uñ hugo de sancto victore. Tres sunt qui bella cōtra nos mouent. dyabolus. caro. mundus. Dyabolus ducit cōtra nos agmina vitioꝝ. caro maloꝝ desiderio rum. mundus ꝓspera ⁊ aduersa. Hec hugo. Sed iste impugnatōes non nocent. sed magis ad ꝑfectū sustinentibꝫ ꝑueniunt. si illis resistaṫ. Unde bт̃ꝰ augu. Caro temptat ad voluptatē. mūdus ad vanitatē. diabolus ad iniquitatem. deus ad bonitatem vt ꝑficiamus Et notandū ꝙ malignus spūs quos temptando supare non potest. hos persequiṫ. q̄ꝛ cum interius per peccatū regnare nō valet. exterius temptat ⁊ oppugnat. De hoc dicit beatus ber. Dyabolus sanctos non temptando possidet sed persequiṫ. q̄ꝛ enim nō in eis regnat intrinsecus ꝯtra eos extrīsecus pugnat ⁊ qui interius amisit dominiū exterius ꝯmouet bellū. hec beatus ber. Sed antiquus hostis nulla aduersitate illos molestat quos ꝯguo scit in peccatis mortalibꝫ suauiter quiescentes. Teste eusebio qui dr̃. Hostis siquidē humani generis nulla aduersitate aut molestia excitat. in pctō tam suauiter quiescentē. ne infortunio aliquo correptus euigilet. ⁊ mentē in deū erigat penitentē. hec euse. Ueri etiam hostes anime sunt carnales delectatōes. Unde affligenda est caro ⁊ in seruitutē redigenda ne spūi domineṫ. Ad hoc hortaṫ boetius sic dicēs. Crudelis hostis ipsa caro est. quā in seruitutem redige semper expugna iugiterq̨ affliqe. De his tribus hostibꝫ beatus bernardus in tractatu de miseria hominis satis pulcris verbis sic dicit. Adiuua me domine deus meus quia inimici mei circundederunt animā meam. corpus. mundus ⁊ dyabolus. Corpus fugere non possum nec fugare. circumferre illud necesse est quoniā alligatum est mihi. perimere nō licet. sustentare cogoꝛ. cū illud impinguo hostem meū aduersū me nutrio. Si em̄ satis comedero ⁊ illud robustum fuerit. sanitas eius mihi aduersaṫ. Mundus vero circūcinxit ⁊ obsedit me. vndiq̨ ꝑ quinq̨ sensus corporis mei q̄si per portas sagittis suis vulnerat me. ⁊ moꝛs intrat per fenestras meas. Respicit oculus ⁊ mētis sensum auertit. audit auris ⁊ intentionem cordis inflectit. odoratus cogitationem impedit. os loquiṫ ⁊ fallit. ardoꝛ libidinis ꝑ aliqua parua occasiōe excitaṫ. nisi subito respuaṫ statī totū corpꝰ occupat. estuat. vrit ⁊ incendit. Primo carnem tactā modicum titillat. deinde mentem meā maculat turpi delectatione. ad extremū per cōsensum prauitatis sibi mentem subiugat poꝛro dyabolus quem videre non valeo ⁊ ideo minus cauere possum. ipse tetendit arcum suum ⁊ in eo parauit sagittas suas vt sagittet me. narrauit vt absconderet laqueos ⁊ dixit. quis videbit eos. laqueum posuit in auro ⁊ argento ⁊ in omnibꝫ his quibꝫ etiā abutimur cū intus male delectamur. hꝭ illaqueamur. nec solum laqueū posuit sed ⁊ fiscum. Fiscus est amoꝛ possessionis. affectus cognationis. cupiditas honoꝛis ⁊ voluptas carnis quibus anima infiscaṫ ⁊ irretiṫ ne pennis ꝯtemplationis per plateas supne syon discurrere possit. Sagitte dyaboli sunt. ira. iracundia. luxuria. ⁊ cetera vitia quibꝫ anima vulneraṫ Et quis est q̄ iacula eius ignea possit extinguere. pcb

dolor his telis superatur sepe fidelis. Heu mihi misero undique mihi bella. undique tela volant. undique temptamenta. undique pericula. bella mihi video. bella parantur a demone. Quocunque me vertam nulla ibi securitas. caro mihi suggerit mollia. mundus vana. diabolus amara. Quotiens aliqua carnalis delectatio meam mentem importune pulsat de cibo. de potu. de somno ceterisque similibus ad carnis curam pertinentibus. mihi caro loquitur. Cum vero de ambitione seculi de iactantia. de arrogantia. cogitatio vana versatur in corde a mundo est quando autem ad iram ad amaritudinem animi provocor suggestio diabolica est. cui non aliter quam ipsi diabolo resistendum est. nec aliter ab eo cavendum quam ab ipsa dampnatione. Caro mea de luto est et ideo lutosas voluptates et cogitationes ex illa habeo. vanas et curiosas de mundo. amaras et maculosas a diabolo. Isti tres inimici mei impugnant me et persequuntur. nunc quidem occulte. nunc vero aperte. semper autem maliciose. Diabolus enim plus confidit in adiutorio carnis. quia magis nocet domesticus hostis. illa vero ad subversionem meam cum illo fedus iniit utpote in peccato nato et in peccato nutrito nimis corrupto ipsa origine sed multo amplius viciata prava consuetudine. Hinc est quod tam acriter caro concupiscit adversus spiritum et assidue murmurat et impatiens est discipline. nec obtemperat rationi. nec inhibetur ullo timore. Huic attendit hanc adiuvat hostis humani generis. cui nullum est desiderium. nullum studium. nullum negocium. nisi perdere animas nostras. hic est qui iugiter nobis malum machinatur. callide decipit illicitos motus insufflat. venenatas cogitationes inflammat. suscitat lites contentiones. Ira quoque rixas nutrit et odium incitat gulam. excitat libidinem desideria carnis instigat. peccati occasiones parat et mille nocendi artibus corda hominum pulsare non cessat. hec Bernardus. Pugnandum est igitur contra malas suggestiones maligni spiritus negande sunt carnis voluptates sue Ipsa etiam caro subdita sit deo per obiam preceptorum eius et resistentiam peccati. ut pax esse possit in domicilio cordis. De hoc dicit crisostomus. Quis potest inveniri irreprehensibilis et si non de presentibus saltem de preteritis. Insuper non deest ubi offendat caro ita fragilis et semper casibus plena. ergo dicamus Non intres in iudicium cum servis tuis In vita ista temptationis videmus quod nolumus. audimus quod nolumus. loquimur quod nolumus. ambulamus ubi nolumus totum ad quod nolumus venimus. sed tamen in eo quod nolumus cum victoria pervenimus ad quod volumus Pugnandum ergo est in omnibus malis suggestionibus Luctandum est cum desideriis. negande sunt carnis voluptates. ut seipsam subdat interiori homini. i. anime ut sit pax in domicilio cordis Qualis est vita nostra infelix miseria que quotidie ad non esse tendit. maxime quia dies exitus nostri occultatus est a nobis. sed ideo occultatur dies nostri ut vivamus cauti solliciti. ne subito occurrat mors incerta et preoccupent peccata et perveniatur ad penam. tempus nunc est curationis. tempus est correctionis. et recipiende salutis. nullus sedeat curvatus. nullus remaneat vulneratus. hec crisostomus. Dicit et de eodem leo papa. Nota quod intra nosmetipsos multa sunt certamina et aliud caro adversus spiritum aliud adversus carnem spiritus concupiscit In qua dissentione si cupiditates corporis fuerint fortiores turpiter animus amittit pro patria dignitatem. et perniciosum erit eum servire quem decurat imperare Si autem mens rectori suo subdita et su

pernis delectata terrene voluptatis in citamenta calcauerit. ⁊ in ſuo corpore peccatū non ſcierit regnare. ordinatiſ ſimū obtinebit ratio principatū ⁊ mi nutōes eius nulla ſpūalium nequicia rum labefactabit illuſio. qꝛ tunc vera ē pax hoīs ⁊ vera libertas qñ ⁊ caro ani mo regit̄ ⁊ animus deo preſide guber nat̄. hec leo papa Nā qui hic ſunt xp̄i carnem ſuā crucifixerunt delectationi praue ⁊ vitijs reſiſtēdo. Vñ remigius Qui ſunt xp̄i. hoc eſt qui pertinent ad ſortem xp̄i. vitia ⁊ ꝯcupiſcentias ma las in carne ſua mortificauerūt Quot enim pctā a nobis ꝯpellimus. tot ſem per in nobis mala occidimus ⁊ carnē crucifigimus ⁊ mortificamus qñ dele ctationi praue ⁊ voluntati peruerſe nō ꝯſentimus. hec remigius. Quamdiu aūt viuimus in iſto corpore in certami ne poſiti ſumus ⁊ pugnamus Pugna eſt cum ꝯcupiſcit caro aduerſus ſpūm ⁊ ſpūs aduerſus carnem. In hoc p̄lio verſamur ſi coraȝ deo militamus. ſed oportet vt per ſpūm ꝯcupiſcentie car nis ꝯtradicat̄ ⁊ reſiſtat̄ ⁊ repugnet̄. ſi homines caſti vellent non habere ꝯcu piſcentias. ſed velimus nolimus ha bemus illas. titillant. ſtimulant. infe ſtant. non ſolum iuuenes ſed ⁊ ſenes. Ergo exerceamus nos in hoc bello vi tijs ⁊ ꝯcupiſcentijs reſiſtendo. ⁊ ſpere mus per dei grām triumphū. De hoc beatus augu. in de verbis domini ſic dr̄. Luctatio eſt in iſto corpore. q̄ȝdiu viui mus pugnamus. ſed in omnibꝫ his ſu peramus per eū qui dilexit nos. Noli vinci qñ pugnas. Vide quale bellum poſuit apoſtolus qualem pugnā. qua lem rixam intra ſemetipſum cuȝ dicit Caro concupiſcit aduerſus ſpūm. ſed oportet vt ꝯcupiſcentie carnis ꝯtradi catur. reſiſtat̄ ⁊ repugnet̄. non enī nō habes vnde repugnes. deus tuus ē in te. ſpūs bonus datus eſt tibi. ⁊ tamen permittit̄ ipſa caro ꝯcupiſcere aduer ſus ſpūm ſuggeſtionibꝫ prauis ⁊ dele ctationibꝫ iniquis Ibi enim ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm vbi eſt ſpūs. ſed ſpūs dei eſt qui pugnat in te aduerſus te. ſȝ homo caſtus vult vt nulla omnino ſur gat in membris eius ꝯcupiſcentia ad uerſaria caſtitati. pacem vult ſed non habet. volumus enī vt nulle ſint ꝯcupi ſcentie ſed nō poſſumus. velimus, no lumus. habemus illas. velimus noli mus titillant. blandiunt̄. ſtimulant. infeſtant. ſurgere volunt premunt̄ non duȝ extinguunt̄. q̄ȝdiu caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm. ſpūs aduerſus carnē. Ergo q̄ȝdiu viuit̄ etiam nos qui ſenui mus in iſta militia minores quideȝ ho ſtes habemus ſed tñ quos habemus fa tigati ſunt quodammō hoſtes noſtri iā etiā per etatē. ſed tñ etiam fatigati nō ceſſant qualibuſcunqꝫ moribꝫ infeſta re ſenectutis quieteȝ. acrior pugna iu uentutis. nouimus eam. ꝑtranſiuimꝰ eam Caro ergo concupiſcit aduerſus ſpūm. ⁊ ſpūs aduerſus carnem. vt nō quecūqꝫ vultis illa faciatis. Quid vul tis enī o ſancti. o boni preliatores. o fortes milites xp̄i. quid vultis vt non ſint omnino ꝯcupiſcentie male. ſed nō poteſtis. exercete bellū. expectate triū phum. modo interim pugnet̄. facite igit̄ qd̄ poteſtis. J Ait enī ipſe a poſtolus. Non regnet pctūm in veſtro mortali corpore ad obediendum deſi derijs eius. Ecce qd̄ non vis deſideria mala ſurgunt. ſed noli obedire. q̄ȝdiu enim portas mortale corpus pugnat ꝯ te peccatum. ſed non regnet. Quid eſt non regnet. id eſt ad obediendum deſi derijs eius ſi ceperis obedire regnat. ſȝ fac quod dicit apoſtolus. Non exhibe as membra tua arma iniquitatis pec cato. dedit tibi deus poteſtatem p ſpm̄

sanctum membra tua teneas. surgit li
bido. tu tene membra. tene manus ab
omni scelere. tene oculos ne male attē
dant. tene aures ne v̄ba libidinis audi
ant. tene totū corpus quid facit libido
surgere nouit. vincere nō nouit surgē
do assidue sine causa discit. ⁊ non sur/
gere surrexit libido damnabilis. sug/
gestio nō audiat͛. ardet ⁊ velles vt non
arderet. noli ḡ dare membra ardeat si
ne causa ⁊ ɔsumit. hec augusti. ℞
Et notandum ꝙ ɔcupiscentia cū qua
nati sumus non p̄t finiri. q̄diu in car/
ne viuimus. p̄t quidē minui sed finiri
non p̄t. Unde cū vexamur ⁊ impugna
mur per diuersas temptationes ⁊ ɔcu
piscentias non desperemus. q2 ⁊ sancti
patres nostri talia sustinuerunt. Inter
quos paulus apostolus lumen eccle/
sie talia paciebat͛ cum dicebat Uideo
aliā legem in membris meis repugnā
tem legi mentis mee. Cuius exemplo
docemur. cū audimus illum pugnantē
nemo se faciat desperantē. Ista cōme/
morat beatus aug. in quodaȝ sermone
sic dicens. Concupiscentia in qua na
ti sumus. finiri non p̄t q̄diu viuimus
quotidie minui p̄t. finiri non pōt. De
quo d̄r apostolus. Non qđ volo hoc a/
go. Non ergo qđ vult hoc agit aposto
lus. q2 vult non ɔcupiscere ⁊ tū concu
piscit. ideo non qđ vult agit. non q2 il
la ɔcupiscentia mala trahebat aposto
lum subiugatum ad ɔcupiscendum. ⁊
ad fornicandū absit luctabat͛. non sub
iugabatur sed q2 nolebat habere ⁊ hoc
ɔtra quod luctabat͛ ideo dicebat non
quod volo hoc ago. ɔcupiscere nolo ⁊
tamen concupisco. nō qđ volo ago sed
tamen concupiscentie non consentio.
non em̄ taliter diceret concupiscenti/
as carnis ne perfeceritis si eas ipse ꝑfi
ceret. Sed cōstituit tibi ante oculos
pugnam suā ne timeres tuā Si enim
dixisset hoc apostolus Quando vide/
res moueri concupiscentiam in mem
bris tuis. cui tu nō consentires tamē
cum eam moueri videres forsitan de/
sperares. ⁊ diceres si ad deum pertine
rem sic non mouerer. Uide apostolum
pugnantem. ⁊ noli te facere desperan/
tem Uideo aliam legem in membris
meis ⁊c̄. Dicit apostolus. Ego quidē
bonum cum male concupiscentie non
consentio. sed non perficio bonum vt
omnino non concupiscam. Rursus er
go hostis meus quomodo agit malum
⁊ non perficit malum. agit malum. q2
mouet desiderium. nō ꝑficit malū. q2
me non trahit ad malum. ⁊ in isto bel/
lo est tota vita sanctorum. Nunc ergo
fratres tenete hunc modum mēte. ser
uite legi dei. concupiscentie non con/
sentiendo. carne legi peccati concupi
scentiam sentiendo. sed ex necessitate
q2 ɔcupiscitis non q2 sentitis. hec bea
tus augustinus. De eodem d̄r quedā
glosa super illo verbo pauli. Uelle ad
iacet mihi. ꝑficere aūt non inuenio sic
d̄r. Rebellat homo concupiscentie ⁊
non consentit. delectat em̄ eum vxor a
liena. ⁊ non annuit. mentem auertit.
in secretarium mentis intrat videt fo
ris strepentem concupiscentiam. ⁊ in
tus mundat ɔscientiam. agit ergo bo/
num ꝙ concupiscētie non ɔsentit sed
non perficit bonum vt. s. omnino non
ɔcupiscat. hec glosa. L Hec etiā
pugna inter carnem ⁊ spm̄ non est pe/
riculosa. sed potius que ad meliorem
statum nos prouocat ⁊ ɔpellit. Unde
deus electis suis nōnunq̄ vtiliter sub/
trahit gratiaȝ ⁊ probat ꝑ diuersa tem
pramenta vt in virtutibꝫ proficiant.
De hoc daniel abbas in sua collatio/
ne sic dicit. Hanc pugnam vtiliter no
stris insertam membris etiam in apo
stolo ita legimus Caro concupiscit ad

uersus spiritum. spūs autem aduersus carnem. habemus hic pugnam inuiscera tā quodammō corpori nostro dispē satione dñi pcurante. Quicquid enim generalr̄ & sine exceptiōe aliqua omnibus inest. Quid em̄ aliud iudicari pt̄. nisi ipsi humane substantie post ruinā primi hoīs velut naturalr̄ attributum & qd̄ vniuersis ɔgenitū ɔcreatumq; videtur. quō non cedendū sit arbitrio dñi nō nocentis sed ɔsolantis insertum. causam vero belli huius .i. carnis & spūs hanc esse pnunciat. vt non quecunq; illa faciatis que volumus ergo id quod deus pcurauit vt a nobis possit impleri. i. vt non quecunq; volumus illa faciamus. si impleat̄ quid aliud credi potest esse q̄ noxiū. & ē quodammō vtilis nobis hec pugna dispēsatōe creatoris inserta. & etiā ad statū meliorem nos puocans atq; ɔpellēs. qua sublata pculdubio pax ecōtrario pniciosa succederet. Unde dauid tēptationem dñi tam vtilem esse cognouit. vt nequaq̄ orare maluerit ne a deo penitus relinqueret̄. hoc em̄ sciebat eē incongruū vel sibi vel humane nature ad quamlibet pueniēti perfectiōem. sed temptari eam potius deprecatus sic dicens Non me derelinquas vsq; quaq;. Ac si diceret aliis verbis. Scio q̄ derelinquere soleas vtiliter sanctos tuos vt eos pbes. Aliter em̄ ab aduersario temptari non possunt. nisi a te paulisp fuerint derelicti. & ideo nō rogo vt nūq̄ me derelinquas q2 non expedit mihi. vt vel meam infirmitatē sentiēs dicam. bonū mihi q2 humiliasti me. vel exercitiū non habeam preliandi. quod sine dubio habere non potero. si mihi sp & indirupte cohēserit diuina ptectō sed magis peto ne me vsq; quaq; deseras. i. vsq; ad nimietatē. quantum enim mihi vtile est si me paululū sub relinquas. vt desiderij mei ɔstantia ɔprobetur. tantum noxiū si p meritis ac delictis nimiū me deseri patiaris. q2 nulla virtus humana si in temptatōe diutius tuo deserat̄ auxilio sua poterit cōstantia perdurare & non ptinus aduersarij vel potentia vel factione succūbere nisi tu ipse qui es & humanarū virtus virium ɔscius ac luctaminū moderator. non permiseris nos temptari sup id qd̄ possumus. sed feceris cū temptatōne exitū vt sustinere possimus. hec daniel abbas. ¶ Notandum est etiam de bello qd̄ inter nos quotidie geritur. hoc est inter carnem & spūm q̄ victoriam non potest habere spūs aduersus carnem sine certamine & magno labore. Nam sunt nōnulli qui virtutes quidē desiderant habere. sed certamē & laborem p eisdem virtutib; obtinēdis nolunt subire. De hoc daniel abb. in collatione patrū sic dicit. Cum igit̄ vtraq; desideria hoc est carnis & spūs in vno eodemq; statu sint. in hoīe intestinū quotidie ɔtra nos gerit̄ bellum. dum ɔcupiscentia carnis que precipitanter fert̄ ad vitia his que ad pñtem requiem ptinēt delicijs gaudet. quib; econtra spūs ɔcupīa aduersata ita desiderat totis spūalib; studijs inherere. vt etiam necc̄arios carnis vsus oporteat excludere. Caro luxurijs & libidine delectat̄. spūs ne ipsis quidem naturalib; desiderijs acquiescat. illa cupit satiari somno. repleri cibo. hic ita vigilijs ieiunijs saginat̄. vt ne ad ipm quidem necessarium vite vsum somniū cibumq; velit admittere. honoribus illa laudib; q; hominū ɔfouetur. hic irrogatis sibi iniurijs ac psecutionib; gloriat̄. inter has igit̄ vtrasq; ɔcupiscentias anime volūtas in meditullio quodam vitupabiliore ɔsistens. nec vitiorum flagicijs oblectat̄. nec virtutibus

acquiescit. sic querit a passionibus tem porati vel absolui carnalibus. vt nequa quam velit dolores necessarios sustinere si ne quibus desideria spūs nequiunt possideri sine castigatiōe carnis castimonia cor poris desiderans obtinere summo vi gilia et labore cordis acquirere purita tem cū requie carnis spiritualibus exu berare virtutibus absque vllius exaspera tione quiete. et patientie gratiam possi dere humilitatem xpi. sine honoris ia ctura mundum exercere. religionis sim plicitatem cū seculari ambitione secta ri. xpo cū hoīm laude ac fauore seruire discretionem veritatis sine concupiscen tia vel tenui offensione proferre. postre mo sic vult futura consequi bona. vt pre sentia non amittat. hec daniel abbas.

¶ Sed et hoc considerandū quod cū tem ptationibus et concupiscentiis carnalibus resistit aīmus. tribulationem ex hoc su stinet. Si vero admittat eas et cōsentit tunc nō tribulationem sed potius conso lationem et delectationem in ipso aīmo pariūt. Si vero cupimus vincere vitia oportet vt per contraria hoc est per virtutes vitia curentur. Unde dicit beatus bern. Quare tribulamur in temptationibus nisi cum resistitur contaminatio concupiscentie repugnatur. si enim voluntarie admittun tur iam tribulationē non ingerunt sed potius consolationem. luctamur ergo cū his vitiis quamdiu eis resistimus et tunc supplantamus quando ita victa sunt. vt amplius non impugnent. que et si perfecte vincere cupimus. oportet vt eorum contraria in nobis plantemus vt videlicet contra cupiditatem vel aua riciam quam mundus ingerit pauper tatem. contra voluptatem austeritatem contra superbiam plenam humilita tem induamus. Que tria cū perfecte vi te nostre insederint. iam mundum per fecte contemnimus. hec bern. ¶

Etiam notandum quod nonnunquam iusti vi ri flagellis atteruntur et circa hoc etiam temptationibus fatigantur. sustinēt nāque infirmitatē corporis vel aduersitates tribulationū. et tamen non deest eis temp tatio carnalis delectatiōnibus sed electi huiusmōi temptationis repugnant. repro bi vero illis consentiunt. De hoc bea tus gregorius in. iiii. moral. sic dicit. Plerumque enim et aduersa exterius pa timur. et intra temptationum impulsu fatigamur. vt et flagella carnis cruciēt et tamen ad mētem carnalis suggestio mundet. Hinc est quod ihieremias deplo rat dicens. Foris interficit gladius et domi mors simul est. Foris enim gladi us interficit cū nos exterius vindicta feriens configit sed domi mors simul est quia et flagella sustinet et tamen in tus conscientia a temptationum sordibus munda non est Sed et hec aliter agun tur a reprobis aliter ab electis. illorū namque corda ita temptantur vt consentiāt istorum vero temptationes quidem suscipi unt. sed repugnant illorum mens delecta biliter capitur. et si ad tempus quod male suggeritur displicet sed postmodū per deliberationem libet. Isti vero sic tem ptationum iacula excipiunt. vt semper resistendo fatigentur. et si quando vsque ad delectatiōem mēs rapitur. ipsa tamen sub reptione sue delectationis erubescūt et forti cēsura redarguūt quicquid extra se exurgere carnale deprehendūt. hec gre go. Sciendū etiā quod magna ē miseria hoīm in peregrinatione degentium et in isto mundo conuersantium. quia si quis peruersus est ve sibi. nam eterna dam natio post hanc vitam eum sequitur. si quis vero iustus fuerit diuersis tribu lationibus et temptationibus afficitur nec leuare caput permittitur Unde be atus iob dicit. Et si impius fuero ve mihi et si iustus non leuabo caput satu

ratus afflictione et miseria Quod beatus grego. ix. mora. exponit sic dicens. Impius namque vel habet. iustus miseriam. quia et eterna reprobos damnatio sequitur. et electus quisque doloribus transitorie ad uersitatis expiatur. impius caput leuat sed elatus euadere vel quod sequitur non valet. Justus labore sui certaminis afflictus caput leuare non sinitur. sed pressus a perpetua afflictione liberatur. Ille voluptatibus erigit. sed suppliciis sequentibus mergit. iste in dolore deprimit. sed tamen a pondere eterne animaduersionis abscondit. Considerans hec vir sanctus dicit. Et si impius fuero. ac si aperte deploret dicens Aut subtractus carnis desideriis supplicio eterno subiicior. aut repugnans illicitis motibus pena presenti crucior. quia a labore certaminis liber non sum sed superna dispensatio idcirco nos tota sibi intentione seruientes carnis nostre permittit impugnationibus concuti. vt ne mens nostra in superbiam audeat presumptione sue securitatis eleuari. vt dum pulsata trepidat. in solo autoris adiutorio spei pedem robustius figat Hec grego. Filius.

Scire desidero vtrum homo possit viuere in hoc mundo sine temptationibus. Capitulum IIII. Pater P

Scire debes quod nemo potest esse sine temptationibus super terram. si vero tollitur aliqua temptatio quam quis patitur securus et timidus expectet aliam. neque vnquam debet sibi in corpore etiam huius mortis requiem pollliceri. quia sicut nec mare fluctibus. ita nec vita hominis carere potest temptationibus. De hoc beatus bernar. sic dicit. Hic premonitos vos esse volo neminem super terram absque temptatione victurum et cui forte tollitur aliqua. securus aut magis pauidus expectet aliam. et sic petat ab ea liberari vt nunquam sibi in corpore mortis huius libertatem perfectam seu requiem audeat polliceri. Qua in re considerandum est nobis tam benigna erga nos diuine dispensatio pietatis vt quibusdam nos temptationibus patiatur diutius occupari. ne forte periculosiores occurrant. ab aliquibus vero citius liberari. vt possimus in aliis quas nobis vtiliores fore preuidet exerceri. Necesse est enim vt veniant temptationes. quis enim coronabitur nisi qui legitime certauerit. quo autem certabimus si desit quod impugnet. quid mihi cum victoria cum non sim in pugna. Ergo deus misericorditer nobiscum agens vult nos tribulationibus exerceri vt quod virtuosis operibus a nobis non potest extorquere. saltem in laboriosis tribulationibus obtineat a nobis deus. et ideo sicut mare non fluctibus. vita hominis carere temptationibus non potest. Nec potest pax firma et solida esse nisi in regione sua. tot enim temptationibus plena est vita nostra vt non immerito tota vita ipsa temptatio debeat appellari. hec beatus bern. Nullus ergo etiam qui in virtutibus profecerit multum quamdiu est in hac corruptibili carne potest carere temptationibus et non moueri illicitis desideriis ac cupiditatibus. cum malignus spiritus actioribus pulset temptationibus eos quos viderit magis resistere vitiis et insistere virtutibus. Unde Leo papa. Quis hac fragili carne circumdatus et in isto mortis corpore constitutus etiam qui multum valdeque profecerit ita iam de sua perfectione securus sit. vt ab omni se illecebrarum periculo credat alienum. licet donet sanctis gratia diuina quotidianam victoriam. non tamen aufert materiam dimicandi. quia et hoc ipsum de misericordia protegentis est. quia nature mutabili ne de confecto prelio superbi-

retur semper volunt superesse quod vince
ret. naꝫ nullis illecebris ꝯmoueri nul
lis cupiditatibꝰ titillari non est istius
vite. que tota temptatio ē ⁊ qua nimi
rum vincit᷑. quia vinci ab eodem nō vere
tur. Superbum est enim de non peccandi
felicitate ꝑsumere. cū hoc ipm̄ ꝑsum/
psisse pctm̄ est sic dicente iohanne Si
dixerimus quia peccatum non habemus
nosmetipos seducimus. nemo ergo se
fallat. neo decipiat neqꝫ ita quisqꝫ de
cordis sui puritate cōfidat. vt putet se
nullis temptationū ꝑiculis subiacere.
cū pugil ille temptator acrioribꝰ eos
pulset insidijs quos maxime viderit
abstinere a peccatis. hec leo papa. De
hoc dicit beatus gregorius .iiij. vel. viij.
moral. Nequaqꝫ in hac vita per exerci
tationē iusticie pctm̄ deserit᷑. vt in ea/
dem iusticia inconcusse maneat. quia ⁊ si
iam a cordis habitaculo culpam recti
tudo eliminat. ipa tn̄ culpa que repelli
tur cogitatōnis nostre foribꝰ assidens
vt sibi aperiat᷑ pulsat. Unde per moy/
sen dicitur. Factus est mane atqꝫ subijciēs
factuꝫ est vespere. Mane quippe ad ves
perum ducit᷑ quia nimirum lucem re/
ctitudinis vmbra sequit᷑ tēptationis.
sed quia electoꝝ lux temptatione nō ex/
tinguit᷑. nequaqꝫ nox sed vespera facta
perhibet᷑. quia nimirum sepe temptatio
in corde electoꝝ lumen iusticie abscō/
dit sed nō interimit. quasi ad palloreꝫ
trepidationis pertrahit sed funditus
non extinguit. electi ergo post somnū re/
surrectionē appetunt. post resurrectio/
nem vesperam ꝑstolant᷑. quia de pctō ad iu
sticie lumen positi semꝑ se ꝯtra illece/
bras temptationū parant. quas nimi
rum nō timent sed expectant quia humi
litatis sue rectitudini etiā temptamē/
ta ꝓficere nō ignorant. quantalibet aūt
ꝯtra temptationem suam virtute ꝯten
derint habere integram salutem neque

unt quousqꝫ dies pn̄tis vite finiatur.
Unde ꝑ iob dicitur Et replebor dolore vs/
qꝫ ad vesperā. mō namqꝫ aduersa irru
unt. modo ipa quoqꝫ prospera callida
hilaritate blandiunt᷑. modo surgentia
vitia bellum carnis excitant. modo de
uicta vitia animum ad elationem vo/
cant. Bonoꝝ igit᷑ vita doloribꝰ vsqꝫ
ad vesperā replet᷑. quia quousqꝫ tempus
corruptōnis agit᷑ interna externaqꝫ af
flictione ꝯcutit᷑ ⁊ salutis securitatem
non inuenit nisi dū dieꝫ temptationis
relinquet. hec grego. Q Sancti
tn̄ vellent ⁊ desiderant non moueri illi
citis ꝯcupiscentijs ⁊ delectationibus
sed efficere hoc nō possunt qꝫdiu in car
ne viuunt. Unde restat vt ipis ꝯcupi
scentijs ⁊ delectationibus carnis resi/
stant. qꝫdiu in hoc corpore corruptibi/
li deo militant. Hec ⁊ quedā alia bea/
tus augu. in libro de verbis apostoli cō/
memorat sic dicens. Caro cōcupiscit
aduersus spiritū. ⁊ spiritus aduersus
carnem. hec sibi inuicē aduersant᷑. vt
nō ea que vultis faciatis. Quid est nō
que vultis faciatis vt oīno nulle sint
concupiscentie malaꝝ ⁊ illicitaruꝫ de/
lectationuꝫ. ꝙ qꝫuis sanctus hoc velit
non efficit. qꝫdiu hic viuit᷑ hoc non im
pletur. quid ergo restat spiritu ambu/
late ⁊ quia non potestis efficere vt ꝯcupi/
scentias carnis ꝯsummatis. concupi/
scentias carnis ne perficiatis Consum
mare quidē illas atqꝫ finire ⁊ penitus
extirpare oīno velle debetis. sed qꝫdiu
sint in vobis ⁊ ē alia lex in mēbris vr̄is
repugnās legi mētis vestre. ꝯcupiscē/
tias carnis ne perfeceritis. sed cuꝫ per
turbat vos temptatio. audite psalmi/
stam dicentem. Miserere mei domine
quoniam infirmus sum. ⁊ anima mea
turbata est valde. ⁊ tu domine vsque/
quo. Quid est vsquequo nisi quousqꝫ
probes. quia ego subuenio. si enim ci/

to subuenirem luctamen non sentires tanq̃ de tuis viribꝰ superbires. et per istam superbiã nunq̃ ad victoriam ꝑuenires. Dictum est quidē. adhuc te loquẽte dicam. ecce assum. sed deus cũ differt adest et differendo adest. ne ꝓperam cum implet voluntatẽ perfectam non impleat sanitatem. Non enĩ frẽs mei apostolo paulo non aderat qui cũ certaret ne extolleretur timebat. in magnitudine inquit reuelationũ mearuꝫ ne extollar. sed virtute medicamentuꝫ qđ sibi dicit appositũ. ne extollar inqt datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphiset. Caput cedebatur ne caput extolleretur. O antidotũ quasi qđ de serpente ꝯficitur. et ꝓpterea tyriaca nuncupatur. Sed nunquid in temptatõe dñs deerat. Denicq̃ vt sciatis qꝛ aderat. videte quid te rogantirñdeat. dixit inquit mihi. sufficit tibi gratia mea. nã virtus in infirmitate perficitur. Ego inquit noui me dicus optimus in quẽ tumorem ꝑgat qđ volo sanare. quiesce. adhibeam qđ scio. Sufficit tibi gratia mea. non sufficit tibi voluntas tua Opus etiam nostꝝ in hac vita debet esse actões carnis spũ mortificare. quotidie affligere minare. frenare. interimere. q̃ multi enĩ ꝓficientes iam non delectant que ante delectabant qñ delectabat et nõ consentiebatur mortificabatur. qꝛ iam non delectat mortificatũ est. calca mortuum. transi ad viuũ. calca iacentẽ. ꝯflige cũ resistente. mortua est enĩ vna delectatõ sed viuit altera. sed illi dũ nõ ꝯsentis mortificas. cũ ceperis omnino non delectari mortificasti. hec est actio nostra hec est militia nr̃a. in hoc agone dũ cõfligimus deũ habemus spectatoreꝫ. in hoc agone cũ laboramus deũ habemus adiutorẽ. si enĩ nos ipse non adiuuat. nõ dico vincere. sed nec poterimus pugnare. Cũ ergo dixisset apostolus. Si aũt spũ actiones carnis mortificaueritis viuetis. et illas concupĩas carnis mortificare quibꝰ non est ꝯsentire magna laus est. quas non habere ꝑfectio est. hec augusti. ℞ Et notandũ ꝙ sunt nonnulli qui cũ patiuntur aliquas tribulatões vel temptatões locum aliũ querunt ad manendũ vt ꝑ hoc possint quietius et cũ minori impedimento deo seruire. sed homo in hac vita positus in nullo loco q̃uis etiam secreto potest sine temptatõe viuere. imo plerumq̃ ibi maior dolor temptatõnis inuenitur vbi mutando locũ requies sperabatur. Hoc aũt permittit omnipotẽs deus vt homo cognoscat infirmitateꝫ suam et humilietur. et nõ in p̃nti vita requies sed in futura queratur. De hoc beatus grego. xxiiij. moralium. exponens illud dictum. Increpat quoq̃ per dolorem in lectulo. et oĩa ossa eius marcessere facit. sic ait. Cum quisq̃ curis secularibꝰ fatigaueris deserere ꝑ diuinã grãm huius mundi itinera laboriosa ꝯpungitur cogitare solet quomõ p̃ntis vite desideria fugiat. et ab eius laboribus requiescat. sibiq̃ mox desiderate quietis ordinẽ querit. et velut qđdam stratũ sic a cunctis laboribꝰ locũ inuenire ꝯcupiscit. sꝫ qꝛ in hac vita adhuc homo positus in cuiuslibet ordinis loco. in cuiuslibet secreti recessu sine tẽptationibꝰ viuere nullatenus p̃t. Pleruq̃ in id qđ ad requiẽ ꝯstituit maior dolor temptationis inuenitur. Unde recte per ꝓphetam dr̃. vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius. ac si diceret. Oẽ qđ hic sibi placuit ad requiẽ. hoc mutasti ei occulto iudicio ad perturbationem. quod ꝑ quodam ꝯsilio agitur vt huius peregrinationis tempore electorꝝ vita perturbetur Uia quippe ẽ vita presens qua ad patriam tendimus

Et idcirco hic occulto iudicio frequē ti perturbatione conterimur. ne viam pro patria diligamus. solent em̄ non nulli viatores cū amena fortasse prata in itinere ↄspiciunt ꝛ ꝑgendi moras innectere ꝛ accepti itineris rectitudi/nem declinare. eorūq̧ gressus tardat pulcritudo itineris. dum delectat ele/ctis suis ad se ꝑgentibꝫ dn̄s huius mū di iter asperum facit. ne dū etiā quisq̧ vite p̄ntis requie quasi vie amenitate pascif. magis eum diu ꝑegrinare quā citius ꝑuenire delectet. ne dū oblecta/tur in via. obliuiscaf qđ desiderabat in patria. q2 ergo in hac vita omnis no/stra quam forte pauimus requies per/turbaf recte dicif. Increpat quoq̧ ꝑ dolorem in lectulo id est in presentis vite requie vel temptatōnis nos stimu lis vel flagellis afflictione conturbat. na3 sepe humanus animus quamlibet breui tempore sine temptatione in bo/nis studijs fuerit. mox de eisdem studi is in quibꝫ quiescendo se exerit. de ip sis virtutibꝫ quibꝫ multiplicari nitif dum perficere se sentit elabitur. Unde pio rectoris nostri moderamine īpul/su temptationis afficif. vt in eo ipso profectus sui elatio comprimaf. qua/propter postq̧ dixit increpat quoq̧ ꝑ dolorem in lectulo aperte subiungit ꝛ omnia ossa eius marcessere facit Os/sa in sacra scriptura ↄtutes accipimus sicut scriptum est. Dominus custodit omnia ossa eorum. vnum ex his nō cō teref. quod vtiq̧ non de ossibꝫ corpo/ris sed de viribꝫ vel mentis. Cu3 ergo increpat ꝑ dolorem in lectulo. omnia ossa facit marcessere. q2 cu3 ea requie. quam nobis ab hoc seculo preparamus flagello temptationis afficimur. quia fortasse de virtutibꝫ nostris inflari po tuimus. cognito infirmitatis nostre te dio extenuamur. cū em̄ sicut cupimus ad deum ꝓficimus si ꝓfectum nostru3 nulla temptatio pulsaret. alicuius for titudinis nos esse crederemus. Sed q2 nobiscū superna dispensatione agi tur vt infirmitatis nostre q2 proficien/tes obliuiscimur temptari recolamus ꝛ in ꝓfectu nostro quid in diuino mu nere ꝛ in temptatione cognoscimus quid de ꝓprijs viribꝫ ꝓsumamus. que nos ꝓfecto temptatio ad plenu3 cape ret. nisi protectio superna seruaret. sed pulsat nec frangit. īpellit nec mouet. quatit. nec deijcit. vt de infirmitate sē ciamus eē qđ quatimur. ꝛ diuino mu nere esse ꝙ stamus. Hec grego. Et q2 impossibile est hominē in hac vita non temptari. ideo omnes tam iusti q̄ȝ pec catores quotidie orant dicētes. Et ne nos inducas in temptationem. nō em̄ est orandu3 vt non temptem̄ sed ne in temptationē inducamur. hoc est tem/ptationi ↄsentiamus. qđ beda etiā in quadam omelia tāgit sic dicens Im/possibile est hoīem q̄ȝdiu in hac vita fu erit non temptari. vnde oēs tam iusti q̄ȝ peccatores quotidie in orōne dicūt ne nos inducas in temptationē. Non ergo ꝑcipit dn̄s orandū vt non tēpte mur. s3 ne in temptationē inducamur S Aliud ē em̄ tēptari ꝛ aliud est in temptationē induci. temptaf quilibet qn̄ vel aīa vel corpore in delectatione3 alicuius vitij titillaf. inducif vero in temptationē si sue delectatiōi cepit cō ↄsentire. hec beda Considerans beatus iob ꝙ ꝓpter lapsum primi hoīs huma nū genus tot miserias tēptationu3 in hoc mūdo sustinet. istam vitā totā esse temptationē sic denominat dicēs Mi litia est vita hoīs sup terrā. qđ beatus greg. viij. moral. exponēs sic ait. Hoc in loco translatione veteri nequaq̄ȝ mi litia vita hominis. sed temptatio voca tur. Tēptatio itaq̧ ipsa militia est q2

dum ɔtra malignoꝝ spūum insidias vigilat. in belloꝝ ꝓcinctu ꝓculdubio exudat. Notandū vero ꝙ hec eadez vita hominis nō temptatōem habere dr. sed ipsa temptatō esse perhibet. Sponte quippe a statu ɔdictionis lapsa ⁊ corruptionis sue putredine subdita. dum sibi ex semetipsa molestias gignit hoc est iam facta qd tolerat. qr enim statuz mentis incliata deseruit. quid in se nisi motum varietatis vnde nunc ⁊ si ad summa appetenda se erigit mutabilitatis lubrice impulsu ꝓtinus a semetipsa cadit. vult in ɔtemplatōe stare sz non valet. cogitationis gressum figere nitit sed infirmitatis sue lapsibꝫ eneruat. que nimiꝝ mutabilitatis sue onera qr volens expetijt nolens portat. qui etus homo carnē possidere potuit si bene ab autore ɔditus possidere voluissz cū se ɔtra ɔditorem erigere studuit. in semetipso ꝓtinus carnis ɔtumeliā inuenit. Sed qr cum culpa simul ab origine etiam pena ꝓpagat inserta infirmitatis vitio nascimur ⁊ quasi nobiscū hostem ducimus quē cum labore superamus. Sic itaqꝫ humana vita tēptatio est. vt ⁊ sua ab iniquitatis perpetratōe ɔpescit. in ipsis tn̄ bonis operibus modo maloꝝ memoria. mō seductionis caligine. modo intentionis sue interruptione fuscet. Alius namqꝫ a luxuria carnem refrenat sed tn̄ adhuc luxurie fantasmata tolerat. qr que volens fecit. hoꝝ inuitus meminit. ⁊ penam sustinet quam voluptatē putabat Quia vero ad deuictā culpam retrahi metuit. ventrem abstinentie rigore restringit. vultusqꝫ ex abstinentia pallescit. cumqꝫ in facie pallor aspicit reuerēda ab hominibꝫ vita laudat. mox qꝫ inanis gloria ad abstinentis animū cū verbis fauoris quam cōcussam mens dum subigere non valet. eum per quez venerat tergere a facie pallorē querit. sicqꝫ fit vt infirmitatis nexibꝫ ligata. ad pallorē abstinentie fugiens iterū ꝑ alimēta subdi luxurie metuat. aut impulsum luxurie per abstinentiam superans pallorem suū inani glorie militare pertimescat. Alius lapsus supbie toto iam desiderio supans statum humilitatis apprehendit cumqꝫ supbientes quosdā vsqꝫ ad oppressiones innocentium erumpe ɔspicit. zeli excitatione succensus postponere aliquotiens cogit qd decreuit vim rectitudinis sz autoritate ɔtradicit. vnde plerumqꝫ fit. vt aut humilitatis studio zelum rectitudinis deserit aut rursum zelo rectitudinis turbet humilitatis studiuz quod tenebat Cumqꝫ seruari simul ⁊ zeli autoritas ⁊ ꝓposita humilitas nō possit. sibimetipsi hō ex ꝑturbatōe incognit⁹ reddit ita vt vehement ambiat. ne apd seductū animū aut supbia se autoritati zeli insinuet. aut torpor pauidus humilitatem fingat. Alius amore ɔditoris excitatus a terrenis cogitationibꝫ mentem curat assidua oratione suspendere. atqꝫ hanc in secreta quietis intime securitate collocare. sed in ipso orationis sue ascensu dum eleuari ab intimis nitit inferioꝝ fantasmata reuerberant. atqꝫ ad intuendam lucem mētis oculus tendit. sed ex corporeo visu surgentibꝫ terrenarum rerum ymaginationibus obscuratur. Unde fit plerumqꝫ vt intendentis animus ipa sua infirmitate fatigatus aut orationez deserens torpeat desidia. aut si diu in oratione mānserit. ante eius oculos occultarum ymaginum caligo desenescat. Bene autez dicitur. Temptatio est vita hominis super terrā. quando quoqꝫ ibi reatum descensionis inuenit. vbi se profectum compzehendere ascēsionis putauit. Et inde mens ɔfundit vnde

ſurgere a ꝯfuſione nitebaꝛ. ⁊ ꝑ hoc ad
ſemetipſam diuerberata iam redeat.
ꝑ qđ em̄ ſemetipſam iã collecta ⁊ coad
unata tranſibat. Temptatio ḡ eſt vita
hoīs ſuꝑ terrã. q2 aut aliena vt v̄tutibꝫ
ad celeſte p̄miũ ꝯſurgere nõ valet. aut
ditata donis ſpũalibꝫ aliqñ in deteriuſ
ex occaſione v̄tutũ ruit. hec greg. ¶
De eodē etiã ꝑquendam dr. Nullus
gradus ꝑfectõis quantũcũq₃ excellēs
in tota vita p̄nti ⁊ quolibet tꝑe vel pte
ipſius p̄t eſſe ſine tēptatione ⁊ tribula-
tiõe. q2 nihil niſi tēptatio eſt vita hoīs
ſuꝑ terrã. vñ dr iob Militia ē vita ho
minis ſuꝑ terrã ꝑ quã. ſ. militiam pug
na ꝯtinua inſtauraꝛ cõtra tres hoſtes
viatoris. ſ. carnē mundũ ⁊ diabolum.
hec ille. Conſiderantes igiꝛ ꝙ non ſit
pax in iſta vita que plena eſt temptati
onibꝫ. ꝯfugiamus ad creatorez nr̄m ⁊
humiliter poſtulemus ab ip̄o auxiliũ:
vt temptatõibꝫ reſiſtere valeamus. ad
qđ hortaꝛ beatus bernñ. ſic dicens. Nõ
p̄t eſſe pax firma ⁊ ſolida niſi in regio-
ne ſua in tot tēptationibꝫ eſt vita nr̄a
vt non immerito tota ipſa temptatio
debeat appellari. Sed qui ſumus nos
aut que eſt fortitudo noſtra vt tam mul
tis temptationibꝫ reſiſtere valeamus.
cũ temptationis impetuz ſentimus in
cogitatione. ſtatim fugiamus ad ip̄m
⁊ hũiliter poſtulemus auxiliũ nõne co
oꝑaꝛ nobis in bonũ illa tēptatio. Vñ
⁊ hũiliores efficimur ⁊ cautiores. hec
bernardus. Filius.

Cupio informari de vitijs que ſe
palleant ſub v̄tutis ſpecie ac eti-
am de prauis cõſilijs ⁊ laqueis demo
num. quibꝫ ſolent fideles ⁊ criſti mili
tes temptari.

Ca .V. Pater

Scire debes qđ
triplex ē temptatio manifeſta
⁊ impetuoſa ⁊ fraudulenta. Tēptatio
manifeſta eſt cum quis temptaꝛ ꝑ luxu
riam ſuꝑbiã aut auaritiam ⁊ cetera vi
tia que apte ⁊ maīfeſte mala ſunt. hac
temptatione tēptanꝛ infirmi ac teneri
in quibꝫ nondũ radicatus eſt timor ⁊
in quibꝫ amor ſeculi nõ eſt extinctus
⁊ ideo reaccendiꝛ ⁊ ex ꝯcupiſcentijs
mundi ſicut candela adhuc fumigãs
cito capit flammam. Temptatio vero
impetuoſa eſt. que quaſi violenter ad
peccandum ſtimulat. ⁊ hec temptatio
ſolet fortiores impetere. vt qui molli
bus non flectunꝛ duris ⁊ robuſtis tem
ptationibꝫ quaſi ventis validis euellã
tur. Temptationes fraudulente ſunt.
que ſub ſpecie boni ſe palliant. ⁊ licet
quoſq₃ rudes vel ſtultos decipiant. qui
nondũ ꝯgnouerũt altitudinē ſathane
. i. aſtutias eius. tñ ſingulariter perfe-
ctis ⁊ bene ꝓficientibꝫ inſidianꝛ. Vñ
dr pſalmiſta. In via hac q̄ ambulabã
abſconderunt. Et beatus paulus. Ip̄e
ſathanas tranſfigurat ſe in angelũ lu-
cis. Si em̄ in eis ſua figura appareret
que turpis eſt horrerent eum ⁊ fuge-
rent. ſi apte impugnaret eos reſiſterēt
ei ⁊ auxilio dei fugarent eum ⁊ vince-
rent ⁊ ſic apud eos non ꝓficeret. boni
em̄ qui mũdi ſunt deteſtanꝛ immũda
peccata. q2 virtuoſi ſunt virtualiter cõ
tra omne malum repugnant. qđ malũ
eſt agnoſcũt. venit ergo angelus ſatha
ne in ſpecie angeli boni quem credit a
bonis diligi vt tanto facilius decipiat
eos quo bonus nuntius putaꝛ. ⁊ qui
non ſoleat niſi bona nũciare ⁊ ſuadere.
Unde dr beatus bernardus Bonus nũ
q₃ niſi boni ſimilitudine deceptus eſt.
⁊ vt facilius recipiaꝛ eius perſuaſio.
primo ſola bona proponit poſtmoduz
mixta malis. tandem falſa bona ſed
vera mala. poſtremo cuz irretierit eos
⁊ illaquiauerit inſolubiliter capit ve-

nenatum erigit. ⁊ etiam in aperta pec
cata eos deijcit. sicut scorpius qui blā
dam faciem habet ⁊ caudā venenosam
cum qua occidit. quanti sub specie spi
ritalis dilectionis femīas spūales visi
tant. ⁊ p orationum ipsaꝝ obtentu. ec
ce quanta puritas in intentōe prima.
scȝ castitas ⁊ deuotio. postea sequunt̄
longe ꝯfabulatiōes. modo de deo. mō
de mutuo ipsoꝝ amore ⁊ fide. ⁊ deinđ
sequunt̄ amorosi aspectus. Ecce quo-
mō mixta sunt tam bona spūalis ꝯso
lationis ⁊ collocutōnis ⁊ fidelis affe-
ctionis cum malis inutilis ꝯsolatōis
⁊ incaute familiaritatis ⁊ inutilis oc
cupationis cordis circa dilectōem. tā
dem ꝯsequunt̄ falsa bona sed vera ma-
la. s. amplexus. oscula ⁊ cetera incon-
uenientia que oīa suspecta sunt. ⁊ car
nalis affectionis indicia. ⁊ turpis ope
ris preludia. ☓ Et notandū ꝙ
hec affectio carnalis siue amor inordi
natus ortum hȝ ex nimia familiarita-
te que nunꝙ est bona ⁊ ex suggestioni
bus ⁊ immissionib' dyabolicis. ⁊ nō
solum solet haberi inter religiosam ⁊
religiosam. verumetiam inter feminā
⁊ feminam. masculum ⁊ masculuȝ cu
iuscunqȝ ꝯditionis tam secularium p-
sonaꝝ ꝙ etiam religiosaꝝ personarū.
Inter seculares ⁊ carnales hic amor
totaliter ē carnalis. nec hȝ aliquid de
spūali amore. qui cū preualet ⁊ ei nō
resistit̄. ad magnam immundiciam ⁊
turpitudinē carnis hoīnem pertrahit.
de qua nec loquendū est. inter religio
sos vero hic affectus siue amor est spū
alis. postmodū crescente quadā fami-
liaritate ⁊ suggestione temptatoris so
let admisceri carnali affectiōe. postre
mo vero preualente dyabolo ⁊ eius tē
ptatione. ac ꝓpria negligentia. totus
hic amor mutat̄ in carnalem amorem
quia astutus diabolus primo occultat
temptatōis laqueum. donec amor cre-
scat ⁊ tenax fiat. ⁊ ꝙuis corda timen-
tium deuȝ huiusmodi amor carnalis
non obruat. tū qui hanc passionem su
stinent magna impedimenta in spūa-
lib' exercitijs ⁊ in amore dei patiunt̄
Et licet homo timorem dei ac sue ꝯsci
entie pre oculis habens in flagiciū ma
gnum non incidat. tamē magnas mo
lestias animi ⁊ remorsus quosdā con-
scīe ꝓpter talem temptatōnem die no
ctuqȝ in anima tolerat. Unde necesse
est vt quilibet qui se per hunc inordīa-
tum amorem pulsari ꝯsiderat anteq̄m
nimis preualeat ⁊ in aliqđ anime peri
culum deducat huic aīe periculose tēp
tationi resistat. In hunc etiam moduȝ
superbia se sepe palliat. sepe auaricia.
inuidia. ⁊ alia vitia que cū non audēt
bonos temptare apte quos sciunt odi
re omne malū. aliqđ virtutis velamen
assumunt ne agnoscant̄ esse qđ tū sunt
sicut qui se mentit̄ amicum esse donec
dolose admissus interficiat De his vi
tijs que sub specie virtutuȝ se tegunt ⁊
de remedijs ꝯtra hec vitia videlicet cō
punctione beatus grego. in. iij. mor. sic
đt. Quisquis subigere vitia appetit. ⁊
ad eterne retributionis culmīa vere in
tentionis gressib' tendit. quo magis
vallari se vitioꝝ bello vndiqȝ ꝯspicit.
eo se virtutum armis robustius accin-
git. ⁊ tanto minus iacula metuit. quā
to ꝯtra hec venientia fortiter pect' mu-
nit. Sed plerumqȝ dum ꝯtra hoc tem
ptationū bellum fulciri magnis virtu
tib' nitimur. quedā se nobis vitia sub
specie virtutum tegunt. ⁊ quasi blāda
ad nos facie veniunt. sed cuius aduersi
tates sint discussa sentiunt̄. Unde ⁊ a-
mici beati iob quasi p consolatione ve
niunt. sed in contumelias ꝓrumpunt
quia insidiantia vitia virtutum facieȝ
assumunt. sed hostili inuectione nos

feriunt. nam sepe immoderata ira. iu-
sticia. ⁊ sepe dissoluta remissio vult mi-
sericordia videri. sepe incautus timor
humilitas sepe effrenata supbia. appe-
rit libertas apparere. sed si erumnā no-
stre captiuitatis agnoscimus. si ex a-
more patrie in intimis dolemus. vi-
tia que male letis subrepunt. bene tri-
stibꝫ preualere non possunt. Vñ ⁊ bene
subdit de amicis beati iob. Cūq3 ele-
uassent oculos suos ꝓcul nō cognoue-
runt eū Afflictos eñi nos vitia minime
cognoscūt. q2 triste cor mox vt pulsaue-
rint reprobata resiliunt. ⁊ que nos le-
tos quasi nouerāt. q2 penetrabant. me-
rentes cognoscere nequeūt. q2 ipso no-
stro rigore frangunt sed antiquus ho-
stis quo in eis fortiter deprehendi se cō-
spicit. eo illa sub vtutū ymagie altius
abscondit. Vñ subdit Et exclamātes
plorauerūt scissisq3 vestibꝫ sparserunt
puluerem sup caput suū sederuntq3 cū
eo in terra. signat eñi pietas ꝑ plora-
tum Discretio ꝑ scissionem vestiū. ef-
fectus opeꝝ ꝑ puluerē capitū. humili-
tas ꝑ sessionem. Aliquando eñi pium
quid hostis insidiās simulat. vt ad cru-
delitatis terminū ꝑducat. sicut est cō-
plecti ꝑ disciplinam culpam ꝓhibet.
quatenus que hic nō reprimit gehen-
ne igni feriat. Aliqñ discretionis ima-
ginem oculis obijcit ⁊ ad indiscretio-
nis laqueos ꝑducit. sicut est cū impul-
su eius pro infirmitate nobis plus ali-
mentoꝝ q̄si discrete ꝯcedimus. sed in-
discrete ꝯtra nos bella carnis concita-
mus Aliqñ aūt affectū simulat bonoꝝ
opeꝝ sed ꝑ hunc inquietudinem irro-
gat laboꝝ sicut est cum quis quiesce-
re non valet ⁊ quasi de ocio iudicari ti-
met. Aliquando enim imaginem hu-
militatis ostentat. vt affectum humi-
litatis subtrahat. sicut est cum quosdā
plusq3 sunt infirmos atq3 inutiles sibi

metipsis asserit vt dū se nimis indig-
nos ꝯsiderant. res in quibꝫ ꝓdesse pri-
mis poterant ministrare ptimescant.
sed hec vitia que sub vtutibꝫ specie an-
tiquus hostis occultat. valde subtiliter
manus ꝯpunctōis examinat. qui eñi
veraciter intus dolet. que agenda fo-
ris queue non agenda sint fortiter pre-
uidet. si eñi vis ꝯpunctōis in intimis
afficit oīs strepitus praue suggestiōis
obmutescit. ⁊ si cor veraciter dolet. lin-
guam contra nos vitia nō habent. hec
greg. A Et notandū ꝙ antiquus
hostis tanta se arte palliat. vt nōnūq3
ante oculos decepte mentis vitia vir-
tutes fingat. vt exinde quisq3 quasi ex-
pectet p̄mia. vnđ eterna dignus est in-
uenire tormenta. ⁊ ꝓpter hoc eo tardi-
us mens vitiū deserit. quanto ꝑ virtu-
tis speciem decepta premioꝝ etiam de
eo retributionē querit. De hoc beatus
grego. xxxij. moral. exponens illud di-
ctū. cartilago illius q̄si lamine ferree
sic ait Qui eñi ꝑ cartilaginē nisi simi-
latio ossis accipit. Cartilago namq3
ossis ostendit spēm sed ossis nō habet
firmitatē. Et sunt nōnulla vitia que o-
stendūt in se rectitudinis speciem sed
ex prauitatis ꝓdeunt infirmitate. ho-
stis eñi nostri malicia tanta se arte pal-
liat. vt plerūq3 ante decepte mentis o-
culos culpas virtutes fingat. vt inde
quisq3 quasi expectet premia. vnđ eter-
na dignus est inuenire tormenta. Ple-
rūq3 in vlciscendis vitijs crudelitas
agit. ⁊ iusticia putat. atq3 immodera-
ta ira iusti zeli meritū credit ⁊ cū a di-
stortis moribꝫ peccantes dirigi caute
debeant. violenta inflixione frangun-
tur. Plerūq3 dissoluta remissio quasi
mā suetudo ac pietas habet ⁊ dū plus
q3 decet delinquentibꝫ tpaliter parcit
ad eterna supplicia crudeliter reseruā-
tur. Nonnunq3 effusio mīa creditur ⁊

dum male seruare culpa penis spargi qd acceptum est non timet. Aliqñ timor incompetens humilitas credit. cũ tpali formidine pressus quisqꝫ a defensione veritatis tacet. arbitrat ꝙ iuxta dei ordinem humilem se potioribꝫ exhibet. Aliqñ vocis superbia vera viri libertas estimat. et cum per elatõem veritati ꝯtradicit, ꝓcacitas veritatis defẽsio putat. sepe ad ea que agenda sunt icauta precipitatio laudãdi feruor studij credit. et cum desideratũ bonuz in tempestiua actõe corrumpitur. eo agi melius quo celerius estimat. sepe accelerãdi boni tarditas ꝯsilium putat et cum expectat vt ꝓ extractione ꝓficiat. hoc insidians mora supplantat. igit cum culpa velut virtus aspicit necessario pensandũ est. qꝛ tãto tardius mẽs vitium suum deserit. quãto ꝓ virtutis speciem decepta premiorꝫ etiam de eo retributõem querit. facile autẽ culpa corrigit. que et erubescit. qꝛ esse culpa sentit. qꝛ itaqꝫ error cum virtus creditur difficilius emendat. recte dr. cartilago illius quasi lamine ferree. Behemoth eñ iste quo sub pretextu boni calliditatẽ suã fraudulentius exhibet. vt eo in culpa mentẽ durius tenet Hinc est ꝙ nõnunqꝫ hi qui quasi viã sanctitatis appetunt. in errorẽ lapsi tardius emendant. Rectũ quippe estimãt esse qd agunt. qꝛ sicut excolende virtuti sic vitio perseuerantiã iniungũt. rectum estimant esse qd agunt. et idcirco iudicio suo enixius seruiũt. hec greg. B

Notandũ etiam ꝙ sunt diuerse tẽptatões et laquei dyaboli ac ꝑplexitates vt plerosqꝫ ita peccare faciant vt si fortasse pctm̃ fugere appetant. non tamẽ sine aliquo peccati laqueo euadãt. nec etiã valeant ab vno vitio solui. nisi ꝯsentiant in aliquo ligari. Sed cũ aliquis sic circũdatus laqueis dyaboli fuerit. vt nequaqꝫ sine peccato transire et euadere eius retia possit. ibi viam euadendi querere studeat. vbi minus periculũ anime esse ꝯspexerit De istis ꝑplexis temptationibꝫ dyaboli btũs greg. xxxj. mora. tractans illud. Nerui testiculorũ eius perplexi sunt. sic ait. Nerui testiculorꝫ eius perplexi sunt pestifera argumẽta machinationũ eius Per ipsa quippe calliditatis sue vires erigit. et fluxa mortaliũ corda corrumpit. Testiculi eius sunt suggestiones ꝑue. quibꝫ in mentis corruptõe ferueścit. atqꝫ in ꝯstuprata anima iniqui operis ꝓlem gignit. sed horꝫ testiculorum nerui ꝑplexi sunt. qꝛ suggestionũ eius argumenta implicatis inuentõibus alligant. vt plerosqꝫ peccare faciant. quatenus si fortasse pctm̃ fugere cupiant. hoc sine aliquo laqueo peccati nõ euadant. et culpã faciunt dũ vitant ac nequaqꝫ se ab vna valeant soluere. nisi cõsentiant in aliã ligari. Qd melius ostendimus si qua ex ꝯuersatiõe hoĩm allegatõis huius exempla ꝓferamus Ecce enim quidã duz mundi amiciciꝰ as appetit. cuilibet alteri similẽ sibi vitam ducenti. ꝙ secreta illius oĩ silẽtio ꝯtegat iureiurando se astringit. sed is cui iuratũ est adulteriũ ꝑpetrasse cognoscit. ita vt etiã maritũ adultere occidere conet. is aũt qui iusiurandum prebuit ad mentẽ reuertit. et diuersis hincinde cogitationibꝫ impugnat. atqꝫ hoc silere formidat. ne silendo adulterij simul et homicidij ꝑticeps fiat et ꝓdere trepidat. ne reatus se periurij obstringat. perplexis ergo testiculorꝫ neruis ligatus est. qui in quãlibet partem declinet metuit. ne a trãsgressionis cõtagio liber non sit. Alius cuncta q̃ mũdi sunt derelinquens. ac per omnia frãgere voluntates ꝓprias querens. alieno se subdere regimini appetit. sed euz

qui sibi apud deum preesse debeat mi-
nus cauta inquisitiõe discernit. cui for
tasse is qui sine iudicio eligit᷑ cuȝ p̃esse
iam ceperit. agi que dei sunt prohibet
que mũdi sunt iubet. pensans atq; sub
ditus vel qualis sit culpa inobiẽ vel q̄d
ↄtagiũ secularis vite ⁊ obedire formi-
dat. ne aut obediens in suis p̄ceptis de
serat aut inobediens deũ in electo p̄la-
to ↄtemnat. ⁊ aut illicitis obtempans
hoc q̄d p d̄o appetijt ↄ̄ deũ exerceat. aut
rursum nõ obtempans eũ quẽ suũ iudi
cẽ quesierat iudicio suo supponat. Ap-
te ergo iste p indiscretionis sue iudici
um perplexis testiculoꝝ neruis astrin-
git᷑. q2 aut obtempans aut nõ obtem-
perans in culpa transgressionis ligat᷑.
q2 g̃ behemoth iste ita inexplicabilib9
nodis ligat vt plerũq; mens in dubio
obducta. vnde se a culpa soluere nitit᷑
inde in culpa artius astringat᷑ recte d̄r
Nerui testiculoꝝ eius pplexi sunt Ar-
gumenta nãq; machinationuȝ illius
quasi quo laxant᷑ vt relinquãt. eo ma-
gis implicant᷑ vt teneant Est tñ q̄d ad
destruendas eius v̄sucias vtiliter fiat.
vt cũ mẽs inter minora ⁊ maxima pec
cata ↄstringit᷑ si oĩno nullus sine pctõ
euadendi aditus patet. minora semp
eligant᷑ q2 ⁊ qui muroꝝ ambitu vndi-
q; ne fugiat claudit᷑ ibi se in fugam p̃-
cipitet. vbi breuior murus inuenitur.
Unde cũ in dubijs restringimur vtili-
ter minimis subdamur. ne in magnis
sine venia peccemus. itaq; plerũq; ner
uoꝝ behemoth istius perplexitas soluit᷑
dum ad v̄tutes maximas p ↄmissa mi
nora transitur. hec greg. ¶ Sed
⁊ hoc ↄsiderandũ q; sunt diuersa ↄci-
lia praua demonũ. p que solent nõnũ
q̃; corda decipere ⁊ ad culpam ptrahe-
re. ⁊ quos non possunt p vitia apta tẽ-
ptando supare. hos querunt per praua
ↄsilia supplantare De hoc iteꝝ beatus
gregorius. xxxij. moral᷑. exponẽs illud
Ossa behemoth sicut fistule eris sic loq̃
tur dicẽs. quid p ossa istius behemoth
nisi ↄsilia praua designant᷑. nã sicut in
ossib9 positio roburq; corporis subsistit.
itaq; in fraudulẽtis ↄsilijs tota se eius
malicia erigit. neq; eñi vi quẽpiaȝ pre
mit. sed ad calliditatem pestifere psua
sionis illicit. in hoc vero eius testiculi
ab ossib9 ⁊ suggestiones a ↄsilijs distãt
q; p illas apte noxia ingerit. p hec aũt
quasi ex bono ↄsulens ad culpam tra-
hit. per illas pugnando supat. p hec ve
lut ↄsulendo supplantat. ista v̄o astuta
eius ↄsilia dũ quasi blanda prouisiõe
ↄsulunt. cor a forti intentione auertũt
⁊ dũ dulcia resonant. ad noxia incli-
nant. hoc eñi behemoth iste magno ope
ad exequendam deceptioneȝ satagit.
vt dum puersitatis sue ↄsiliũ quasi vti
le ostendit suauiter valeat q̄d d̄r qua-
tenus ⁊ ostensa vtilitate mentẽ mulce
at. ⁊ absconsa iniquitate corrumpat.
que apertius in cunctis ostendimus
si pauca breuiter consiliorum eius ar-
gumenta pandamus. Ecce eñi quidã
reb9 ꝓprijs contentus decreuit nullis
occupationib9 mundi huius implica
ri. valde formidans quietis sue cõmo
da perdere. ⁊ valde despiciens cũ pec
catis lucra cumulare Ad hũc hostis cal
lidus veniens vt intentionem bone de
uotionis subruat quasi vtilitatis consi
lium subministrat dicens Ecce quidẽ
que sunt in presenti sufficiunt sed his
deficientibus quid acturus es si etiam
post hec nulla prouidenť an nõ ⁊ terre
na actio potest peragi ⁊ tamen in actio
ne culpa declinari. hec interim blandi
ens insinuat ⁊ seorsum iam in negotiõ
terreno quos p̃uidet peccati laqueos
occultat. Alius decreuit ↄmoda terre-
na non solum non querere sed etiam
cũctis q̃ possidet renũciare. vt in disci

plinatu celestis magisterij tanto se libe rius exerceat. quanto et expeditior red ditus ea que possidentem premere po terāt deserens calcat. huius cor hostis insidians occulta suggestione alloqui tur ita dicens. Unde tante hec temeri tatis surrexit audacia. vt credere aude as quod ad omnia relinquenda subsistas Aliter te creator condidit. atque aliter tu ipse disponis. an non plerique et terrēa patrimonia nequaquam deserant. et tamē ex his per miscdie opa superne sortis bona eterna mereant. hec blandiens suggerit. seorsum vero in eisdem rebus quos retinere ammonet. aū retinētis oculos delectatōnes pestiferas decipi ens apponit. quatenus seductū cor ad blanda exteriora pertrahat. et intima perfectōnis vota peruertat. Ossa itaque eius sicut fistule eris sunt. quia dolosa eius considerans dum blandum de exte rioribus sonum reddunt. perniciosum di spendium de interioribus ingerunt Ali us relictis omnibus que exterius posse derat. vt ordinem sublimioris discipu latus apprehendat. etiam intimas frā gere voluntates parat. vt alterius se re ctoris voluntatibus subdet. non solum prauis desiderijs sed ad pfectōnis cu mulū etiam in bonis votis sibimet re nunciet et cuncta que sibi agenda sunt ex alieno arbitrio obseruet. Hunc ho stis callidus tanto mollius alloquitur quanto ab excellētiori loco deijcere ar dentius conatur moxque virulenta sugge stione blandiens dicit. O quanta per temetipsum miranda agere poteris si nequaquam te alterius iudicio subdis. cur pfectum tuum sub studio melioratio nis imminuis. cur intentionis tue bo num dum vltra quam necesse est extende re niteris frangere. que enim dū volun tate propria vsus es peruersa perpetrasti. qui ergo tibi plene ad viuendum bene sufficis. alium super te iudicem cur re quiris. Hec blandiens intimat. seor sum vero in voluntate eius proprijs exer cende superbie causas parat. et dū lau dat corde intestina rectitudine inuesti gat callide vbi subruat in prauitate. A lius fractis pene voluntatibus suis. mul ta iam vetusti hominis vitia et immu tatione et lamentatōe penitentie exte xit et tanto maiore zelo contra aliena pec cata accendit quanto sibimetipsi fun ditus mortuus. iniquitatibus proprijs nō tenetur. Hunc hostis callidus quia ze lo iusticie eam ceteris prodesse cogno scit. quasi sub specie consulentibus verbis appetit dicens. quid te ad aliena curā da dilatas. vtinam tua considerare con ua lescas. an non perpendis quia cum ad aliena extenderis. erga ea curanda que tua sunt minor memineris. et quid pro dest alieni vulneris cruorem tergere et putredinem proprie negligentie dilata re. hec quasi dum consulens dicit zelū ca ritatis adimit. et omne bonum quod pro dire ex caritate poterat gladio subito ducti torporis extinguit. si enim pri mos diligere sicut nos ipsos precipim̄ dignum est vt sic eorum zelo contra vitia si cut nostro flagremus. Quia ergo dum suauiter consulit. mentem ab intentione propria alienam reddit. recte dr. Ossa eius sicut fistule eris. Quia enim per fraudulenta consilia audientis animo blandum sonat. quasi cum fistula eris cantat. vt vnde mulcet inde decipiat. hec gregorius.

Filius.

Cupio informari que sint acrio res aut validiores temptatōnes quas sustinent religiosi et alij christifi deles. et quomodo sit illis resistendum de his mihi aliquid rogo explanari.

Caplm .VI. Pater D

Scire debes qđ acerbissime temptationes ⁊ magis periculose iste sunt. videlicet. hesitatio in fide catholica. desparatio de dei misericordia. ⁊ spiritus blasphe/ mie contra deū ⁊ sanctos eius. ac tem ptatio sibimetipsi iniiciendi manus ⁊ perimendi. ⁊ quedā perplexitas que rulose conscientie medicinale consili um non admittentis. Istas temptati ones maxime viri religiosi ⁊ timētes deū sustinere solent. q₃ malignus spiri tus cu₃ non p̄t p carnalia vitia hoīem religiosum decipere. p tēptatōnes spi rituales ⁊ intricatas querit ⁊ conat̄ p uertere. temptatio aūt in fide catholi/ ca solet diuersimode euenire. vi₃ cum aliquis dubitat de trinitate psonarū ⁊ de vnitate diuine eēntie vel de incarna tione xp̄i. vel de sacto coporis ⁊ sang/ uinis xp̄i. ⁊ multis aliis q̄ tenet fides catholica ⁊ ad que xp̄ifideles fidē tenē tur adhibere. E Itē desperatio de mīa dei solet euenire ꝓpter multitudi/ nem criminu₃ ɔmissoꝝ. qn̄ aliquis ti/ met sibi ꝓpi p excessibꝫ suis etiam exi/ stens in statu pn̄e sibi denegari mīam diuinam. Itē spūs blasphemie est cu₃ aliquis cogitat indigna ⁊ indecencia de deo vel ɔtra deum et sanctos eius ⁊ similia. que redolent blasphemiā Ite₃ temptatio se perimendi orit̄ ex despe/ ratione. sicut legimus de iuda qui la/ queo se suspendit Item perplexitas q̄ rulose ɔscīe medicinale consilium nō admittentis est. quando aliquis for/ mat sibi ɔscientiā de aliquo facto vbi peccatum non est. vel cum aliquis sepi us confitetur peccata sua ⁊ tamen non potest quiescere in ɔscientia sua q̄uis frequentius iteret illa. eo ꝙ semp quē dam remorsum conscientie ⁊ perplexi tatem in corde suo sentiat Qui igit̄ ta lia patit̄ ⁊ in quo huiusmodi tempta/ tio preualet magnam iusticiam animi etiam longo tempore ⁊ pluribꝫ annis intra seipsum sustinet. hec ⁊ alia pluri ma similia que perplexa sunt cum pre ualent generant conscientiam errone am in tantum. ꝙ homo obruptus his perplexitatibꝫ etiam cōsilium salubre quod ei ab aliis offert̄ suscipere non va let F Contra premissas aūt tem/ ptationes ⁊ pplexitates ista maxime valent remedia Primum consolent̄ ⁊ non timeant illas temptationes qui sustinent eas. quia magis ad meritu₃ proficient patienti q̄₃ ad detrimentu₃ dum non ɔsentit̄. Secundum ꝙ pati enter tolerent. sicut si sathanas aliquē visibiliter vel sensibiliter tribularet. Tercium ꝙ non curent̄ nec rationan/ do eis resistat̄ quia ex hoc magis quasi confricate inflammat̄ sed ad alia tra/ ctanda homo se cōuertat. quibꝫ abstra ctus a se obliuiscat̄ passionis sue. sicut corporali passione laborans. si habet quo occupatus obliuiscat̄ sui leuius interim torquetur. Quartum vt orati onibꝫ suis ⁊ aliorum bonoru₃ hominū misericordie diuine imploret remedi um ⁊ auxilium. de istis temptationibꝫ periculosis ⁊ remediis ac fructu susti/ nentibꝫ illas beatus gregorius sic đt. Temptatio ɔtra fidem ⁊ spūs blasphe mie ⁊ cōsimiles nec fugere possumus nec repugnando vincere. quia quanto plus indignamur nobismetipsis ⁊ di sputamus cum ipsis. tanto plus earu₃ rabies non curande sunt nec timende dummodo non ɔsentiat̄ eis ⁊ patien/ ter earum infestatio quasi quoddā di abolicum susurrium supportet̄. quod aliter compesci non potest. non eīm so/ lent bonis piculose temptationes no cere sed sunt sepe presagia future gra/ tie ⁊ amplioris consolationis ⁊ vitio/

rum purgatrices ⁊ maioris meriti co
operatrices. diuine vero castigatōnes
humil'r ⁊ patienter sunt tolerande. ⁊
eis est deuote obtꝑandum. vt ⁊ fortes
simus in fide ⁊ a mandatis dn̄i nunq̄
declinemus. ⁊ dn̄s permittit hoīnem
tēptari vt cognoscat homo fragilitatē
suā. De hoc dicit maximus sic. Qn̄ inci
pit mens in caritate dei ꝓficere tunc ⁊
demon blasphemie incipit eā tempta/
re. ⁊ hmōi cogitatōes ei submittit. q̄/
les hoīm quidem nullus. solus autem
hmōi pater dyabolus adinuenit. hoc
vero facit inuidens deū amanti. vt in
desperatōem veniēs. vtpote q2 talia co
gitauit non amplius audeat per ꝯsue/
tam orōem ad eam reuolare. nihil aūt
hinc ꝓficui sequit̄ predo ad ꝓpriam in
tentōem. sed ⁊ potius certiores nos ꝑ/
ficit. cū enī pugnamus ⁊ impugnam̄.
ꝓbabiliores ac precordialiores in ca/
ritate dei inuenīemur. ¶ De cō
scīa vero erronea in quadā summa ꝑ
modū questionis sic dicit. Utrū ꝯscientia
erronea obliget hoīem ad faciendū vel
obmittendū id qđ ꝯsciētia dictat. Di
cendū ꝙ sic. q2 credēs se ad aliquid te
neri ⁊ non faciens incurrit ꝯtemptū.
Unde ad Roma. xiiij. Omne qđ non
est ex fide peccatū est. Glo. Omne qđ
fit ꝯtra ꝯscientiā edificat ad gehennā.
Manente aūt ꝯscientia erronea homo
ꝑplexus est. non tn̄ simpl'r perplexus.
q2 pōt ⁊ debet deponere talem ꝯscientiā.
vel ꝑ se vel per alterius ꝯsiliū. hec in sū
ma. Sed sunt nonnulli qui cū patiun
tur istas ꝑiculosas ⁊ ꝑplexas tēptati/
ones in magnā turbulentiā ⁊ tristiciā
mentis ꝓpter hmōi temptamenta in/
cidunt. ⁊ in cunctis operibꝫ etiam bo
nis q̄ faciunt cor merens ⁊ amaricatū
hn̄t. ⁊ per ꝯseq̄ns magna impedimen
ta ex hoc in suis orōnibꝫ ⁊ spūali exer/
citio sustinēt. nec etiā valent in tali ꝑ/
plexitate ⁊ merore positi a suis confra
tribꝫ aut senioribꝫ sanū ꝯsiliū suscipe.
vt ꝯsolent̄. sed rn̄deri sibi diuinitus suꝑ
suis passionibꝫ ⁊ temptationibꝫ quas
sustinent ꝯcupiscunt vt inde ꝯsolatōē
accipiant. Sed omnipotens deus nō
solet rn̄dere vocibꝫ ⁊ orōnibꝫ singuloꝝ
ad se in suis tribulationibꝫ ⁊ anxieta/
tibꝫ clamantiū. sed edidit tale eloqui
um videlicet sacram scripturā ⁊ exēpla
precedentiū patꝝ per qđ singulis satis
faciat etiā in quacunq̄ tribulatōe aut
temptatōe ꝯsistant. Unde apostolus.
Quecunq̄ scripta sunt ad nostram do
ctrinam scripta sunt. vt per patiam et
ꝯsciam scripturaꝝ spem habeamus.
¶ Beatus etiā grego. xxxiij. mora.
exponens illud. Semel loquit̄ deus ⁊
secundo idipsum non repetit de hoc sic
ait. ac si dicat. Deus in singuloꝝ cor/
dibꝫ priuatis vocibꝫ non rn̄det. Sed
tale eloquium ꝯstruit per qđ cunctoꝝ
questionibꝫ satisfaciat. In scripturis
quippe eius eloquij causas nostras sin
guli si requirimus inuenimus. nec est
opus vt in eo qđ specialiter quisq̄ to/
lerat rn̄deri sibi diuina voce specialiter
querat. ibi enī nobis omnibꝫ in eo ꝙ
specialiter patimur ꝯmuniter responde
tur. vbi vita precedentiū sit forma se/
quentium. vt enim vnū est pluribꝫ ꝓfe
ramus. ecce dū passiōe aliqua vel mo/
lestia carnis afficimur. scire fortassis
occultas causas passionis eiusdem vel
molestie optamus. quatenus in eo qđ
patimur ex ipsa reꝝ cognitione ꝯsole/
mur. sed q2 de specialibꝫ nostris temp
tationibꝫ nequaq̄ nobis singulis spe/
cialiter rn̄detur ad sacram scripturā
recurrimus. vbi videlicet inuenimus
ꝙ paulus carnis infirmitate perficit̄.
ꝙ idcirco illa infirmitate temptatus
audiuit. sufficit tibi gratia mea. nā vir
tus in infirmitate perficit̄. qđ ꝓpterea

dictum est ne sigillatim nobis omnibus diceret. in scriptura ergo sacra voce dei afflicto paulo audiuimus. ne cum fortasse affligimur singuli audire eam priuatam consolationem querimus. non ergo dominus ad omnia nobis respondet. quia semel loquitur et secundo idipsum non repetit. i. in his que per scripturam sacram ad patres protulit nos erudire procurauit. Discant igitur sancti doctores ecclesie dum intra eam laborare quosdam pusillanimitate conspiciunt. quia deus nobis ad verba omnia non respondet. quia semel loquitur deus et idipsum secundo non repetit. i. cogitationibus vel temptationibus singulorum non iam passim per prophetarum voces nec per angelica officia satisfaciat. quia scriptura sacra quicquid potest singulis euenire comprehendit. et in illa per exempla precedentium etiam vitam sequentium informare curauit. hec grego.

I Si vero aliquis in suis perplexis temptationibus nec per sacram scripturam nec per exempla sanctorum potest consolationem percipere tunc manifestet suam passionem alicui viro religioso timenti deum. et ab illo consilium desuper requirat et dictis illius tanquam a deo prolatis fidem credulam adhibeat et omnem metum inordinatum et perplexitates erronee conscientie deponat. ad quod hortatur beatus gregorius. sic dicens. recurre ad hominem viuum deum in homine consule aperi impedimentum et quere medicamentum ausculta non hominem de se mendacem sed per hominem deum veracem respondentem docentem consolantem et hortantem et disce diligenter ne sensu proprio pro tollendo impedimento tali forsitan vtaris remedio. de quo postmodum impedimenti maioris occasio sicut estuans contra estum aqua se infrigidat. et exinde postea magis estuat. hec greg. K Et notandum quod nonunquam homo omnia remedia iam predicta suis passionibus et temptationibus exhibet. nec tamen ab illis absoluivalet. sed prius dominus hoc suo occulto iudicio fieri permittit et etiam exaudire preces ad se clamantium dissimulat vt per tales tribulationes et temptationes quas patiuntur nec cito liberantur eorum excessus et peccata prius contra deum commissa. eo perfectius purgentur et emendentur. vnde perseuerare debet in timore dei quisquis talia sustinet et non deficere etiam si maximis temptationibus et tribulationibus turbetur. quia pius conditor noster qui laborem et dolorem humilium considerat vltimo cum se iam homo quasi deficere putat ab omnibus tribulationibus et temptationibus misericorditer liberat et dona gratie sue eidem largius prestat. Hoc aliqualiter tangit beatus grego. x. moral. exponens illud. Et cum te consumptum putaueris orieris sicut lucifer sic dicens. Sepe namque nos tot temptamenta obsident. vt ipsa nos eorum numerositas pene ad lapsum desperationis incliner. vnde plerumque mens in tedium vertitur. vix ipsa virtutis sue dona considerat. tota dolens et enumerare non vales. quanto cogitationum tumultu vastatur. ruituram se per lamenta conspicit. eique ne arma repugnationis arripiat grauis meror ipse contradicit circumductos cuiuslibet oculos obscuritas obsidet. et cum visum tenebre semper impediunt. mens mesta nil aliud quam tenebras videt. sed apud misericordem iudicem sepe hec ipsa pro nobis subtilius tristicia exorat. nam merorís nostri caliginem conditor conspicit et subtracti luminis radios refundit. ita vt erecta protinus perdita mens vigeat quam paulo ante decertantia vitia superbie calce deprimebant. mox corporis pondus discutit atque ad contemplationis lumen post turbationis sue tenebras erumpit. mox in gaudio profectus attollitur. quam inter temptamenta prius cadere ex desperatione co

gebatur sine cogitationis certamine presentia despicit. sine dubitationis obstaculo deventura retributione confidit. iustus ergo cum se presumptum putauerit vt lucifer oritur. quia mox vt tenebrescere temptationum caligine ceperit. ad lucem gratie reformatur. et semetipsum monstrat diem iusticie qui casurum paulo ante timuit in noctem culpe. hec grego. Dicit etiam de hoc ysidorus. Sepe iusti mentem variis vexationum temptationumque doloribus vires demonum cruciant Unde interdum vsque ad desperationis angustiam coartatur. permanenti autem in dei amore anime. et ipsa talis angustia ad meritum proficit. Nam siue in anima siue in corpore per instinctum immundorum spirituum quelibet aduersa inuitus patietur. de virtute premissum id patitur. quod si hoc ipsum ad dei gloriam humilis referat et dicat quod pro corporis passione iob dixit. Si bona suscepimus de manu domini. mala autem quare non sustineamus Iste non separatur a deo sed coniungitur. Quilibet atroci iniuria vel angustia torqueatur. multa iustus in anima patitur aduersa instigatione demonum. et talibus temptamentis perire a gloria vite eterne. non enim potest. quia pius dominus ad damnationem culpe non reputat. quod de sue maiestatis permissu nolens qui patitur portat. Nam ibi peccamus vbi cupiditatem vel voluntatem deflectimus. vbi vero violenter adducimur. et si facinus aut pro flagicio non est miseria. aut pro facinore flagicio non est. sed qui deum pro irrogata laudat miseria commisso proculdubio caret facinore. hec ysidorus. Deinde notandum quod non solum istis temptamentis iam premissis est repugnandum. verumetiam omnibus temptationibus cum dei adiutorio est viriliter resistendum. quia in hac vita homini posito temptatio deesse non potest. sed aliud est peccato per consensum seruire. et aliud est peccato temptanti resistere aliud dominanti seruire. vt testatur bea. gre. Et apostolus dicit. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non enim ait. non sit. sed non regnet. quia non esse non potest. non autem regnare hoc potest. hec grego. Concupiscentias etiam inordinatas non sentire est omnino perfectorum. post concupiscentias vero non ire. nec eis consentire est repugnantis et laborantis. nec etiam tales secundum carnem ambulant. sed secundum spiritum. quia post concupiscentias illicitas non vadunt. Carnales namque illi dicuntur. qui concupiscentias suas sequuntur. et carnalibus desideriis deseruiunt. Spirituales vero dicuntur qui carnalibus desideriis fortiter resistunt De hoc beatus augustinus sic dicit. Non concupiscere omnino perfecti est. post concupiscentias vero non ire luctantis et laborantis. non enim ambulat secundum carnem qui non agit opera carnis. sed secundum spiritum ambulat. qui iuuatur spiritu in mente ne post concupiscentias eat.

¶ Dicit et de eodem richardus de sancto victo. Carnales dicuntur qui post concupiscentias suas eunt et carnalibus desideriis deseruiunt. spirituales vero qui corporalibus desideriis fortiter resistunt. et spiritualibus studiis vehementer insistunt. Carnalium autem est carnis concupiscentias sentire et consentire. spiritualium sentire et non consentire sed resistere. sed repugnare. sed mortificare. Aliud enim est concupiscentiam sentire. atque aliud consentire. infirmitati vero deputat quod contra voluntatem concupiscentiam sentimus. Malicie quod concupiscentie ex deliberatione consentimus. illa venialis. ista damnabilis. Hec richardus. Dum igitur malignus spiritus suggesserit nobis turpes cogitationes et malum desiderium resistamus sibi. quia inimicus noster potest excitare temptationis motum. sed in nobis

est si voluerimus dare vel negare ꝯsen
sum. Unde dicit beatus bern̄. Potest ini
micus excitare temptationis motum.
sed in te est si volueris dare vel negare
ꝯsensum. in tua volūtate est si volueris
inimicū tuū facere seruum tuū et oīa ti
bi coopent̄ in bonū. Ecce em̄ inflam
mat tibi inimicus desideriū vanitatis
aut impatientie cogitationes ingerit
aut excitat libidinis motuz tu solūmo
do non ꝯsenseris. et quotiēs resisteris
totiēs coronaberis. Credo etiā si cogi
tatōes istas q̄ꝫ cito ī nobis aduerti⁹ nō
patimur remorari sed in spū vehemēti
aīmus aduersus illas excitat̄ et inimi-
cus ꝯfusus abscedit. nec tn̄ libenter il-
lico reuertit̄. hec bern̄. ¶ Notan
dum ꝙ quelibet cogitationes peruerse
q̄ꝫuis sint valde turpes et īmunde cor
et mentem nō polluunt cū rō non ꝯsen
tit. Testat̄ hoc beatus gre. dicens. Co
gitatio quantūlibet immunda mentez
nō polluit cui rō nō ꝯsentit. Et beatus
aug. Nihil mihi oberit dū temptor de
crimine. dūmodo prauo ꝯsensu careā
in amore. Et s̄m dictum beati bernar.
Quantaslibet diabolus aduersuz nos
temptationū erigit machinas. quan-
do nō tenet locum cordis per prauum
ꝯsensum pctī non oberit. ¶ Con
siderandū etiā est ꝙ omnipotens deus
illos quos sibi ab eterno elegit cū eos
ad ꝯuersionem et ad viam salutis reuo
cat solet in eis ꝯcupiscētias et mala de
sideria successiue abscidere. Nam in
vere penitentib⁹ destruere ꝯsueuit nō-
nunq̄ꝫ dominus actū turpitudinis vt
opa illicita non ꝯmittant. in incipiē-
tib⁹ vo et noniter cōuersis consensum
peccati. in ꝑficientib⁹ aūt illicitā dele
lectationem mentis sed in valde ꝑfe-
ctis motū titillacōis. naz multi q̄ꝫuis
ad magnā ꝑfectionē ꝓfecerint. stimu
luz tn̄ carnis sue extinguere non potue
runt. Ista tangit richardus de sancto
victore exponēs illud psalmiste. Uox
domini intercidentis flammam ignis
sic dicens. Possumus hanc literaz sic
exponere vt possit incipientib⁹ et profi
cientibus pariter et perfectis congrue
re. Et notandum ꝙ non ignem extin
guere sed eius flammam promittit in-
tercidere. ignem em̄ istum q̄ꝫdiu viui
mus hoc est peccati fomitem intra nos
metipsos habemus. sed nō eque eius
semꝑ flammam sustinemus. tunc em̄
ignis in flammam prorumpit. quādo
estibus carnalis incendij nos vrit. pri
mo ergo titillat carnem. secūdo dele-
ctatione turpi coinquinat mentem. tā
dem per consensum prauitatis subdit
sibi rationem. His itaq̄ꝫ gradib⁹ sul-
phurea illa flamma libidinis crescit.
sed eisdem quidem gradib⁹ conuerso
tamen ordine ad vocem iubentis domi
ni decrescit. Quia igit̄ impenitentib⁹
dominus destruit actum turpitudinis
in ꝯuersis actum voluptatis. in profi-
cientib⁹ contagiū fede delectationis.
in ꝑfectis quibusdam motū titillatio-
nis recte dr̄. Uox dn̄i intercidētis flā-
maz ignis. primo nāq̄ꝫ vox illa dn̄i in
tercidētis flammā ignis incipientib⁹
et nouiter ꝯuersis intercidit. quicquid
inclinare possit ꝯsensum rōnis. in ꝓfi-
cientib⁹ aūt sepe aufert illicitā delecta
tionē mētis In raris et valde ꝑfectis
remouet etiā titillationem carnis sue
Multi tn̄ q̄ꝫuis ad summā ꝑfectōnem
ꝓfecerint. stimulū carnis sue extingue
re nō potuerūt. sz dina hoc dispensati-
one in eis actū credit̄. quoniāquidem
q̄d vnicuiq̄ꝫ vtilius accidat latere non
pt̄. et in alijs quidē fiebat ad demōstra
tionē singularis fortitudinis. q̄ tales
erant q̄ sp̄ pugnare assidue triūphare
sufficerēt. in alijs āt ad custodiā hūili
tatis. qn̄ singulare aliqd̄ bonū pre ce

teris alijs omnibus acceperant. hec Richar. Unde penitentes cum primo puer tuntur ad dominum per malignos spiritus infestantur et sepius pertrahuntur. et si non ad opus peruersum. tamen nonnunquam ad consensum peccati prauum. Sed tales debent statim per penitentiam resurgere. et contra huiusmodi insultus et temptationes demonum resistendo pugnare. et de cetero magis cauti esse. ac etiam in puritate cordis de die in diem proficere Quia secundum dictum hugonis Sicut sepe cadendo discit homo qualiter gressum figere debeat et caute ambulare. et in conflictu belli frequenter plagatus est. cautius venientem ictum accipit. sic qui dyabolo sepe decipitur. subtilius postmodum versutias eius deprehendit. et in quibus sepius se vicisse gaudebat. iam non spoliasse sed contra armasse videatur. hec Hugo de sancto victo. ¶ Unde antiquus hostis maxime solet nouicios inuadere quia scit quod si nouiter conuersi eius prauis suggestionibus viriliter repugnauerint. postmodum vires ad ledendum minime habebit. De hoc petrus dami. sic dicit. Idcirco insidiator spiritus totum fel sue nequicie circa nouicios euomit. ideo omne virus artificiose ac deceptorie calliditatis effundit. quoniam non ignorat. quia si tunc effectum peruersi conatus amiserit opportunitatem ledendi postmodum minus habebit. imo qui supplantare non potuit. ruine postmodum turpiter subiacebit. et qui rudi non preualet. exercitato succumbet. hec petrus dami. ¶ Notandum etiam quod motus carnis illiciti quamuis temptante dyabolo homines deuotos soleant vexare et molestare. non tamen possunt eos ad consensum peccati pertrahere. qui et cernentes vitam istam plenam esse afflictionibus. tanto magis eterne patrie desiderant introitum. quanto in hoc mundo erumnoso laboriosius et periculosius viuunt. et illam mansionem celestis patrie toto corde diligunt. quam aduersitas nulla et contradictio perturbare potest. De hoc bea. greg. vi. mor. exponens illud. Et bestie terre pacifice tibi erunt. sic ait. Non ait pacate sed pacifice. videlicet non quia pacem habeant. sed quia pacem faciunt. Callidi quippe hostes insidiantur et affligunt. sed afflicta mens tanto magis ad eternam patriam reditum dirigit. quanto in hoc erumnoso exilio laboriosius viuit. et verius se gratie sui adiutoris humiliat. cum contra se insidias hostium acriores pensat. Terre ergo bestie electis pacifice fiunt. quia enim maligni spiritus cum bonorum corda aduersantes deprimunt. hec nolentes ad amorem dei impellunt. Inde ergo cum deo pax robustior oritur vnde nobis ab aduersariis durior pugna generatur. Possunt etiam per terre bestias motus carnis intelligi. quia dum mentem nostram irrationabilia suadendo licescunt contra nos bestialiter insurgunt sed dum cor sub diuina lege deprimitur etiam carnis incentiua detumescunt vt et si temptando submurmurent. nequaquam tamen vsque ad effectum operum quasi ad aperti morsus rabiem exurgunt. quis enim in hac corruptibili carne adhuc subsistens has eius bestias terre plene edomat. cum ille ad tercium celum raptus egregius predicator dicat. video aliam legem in membris meis legi mentis mee repugnantem. Sed aliud est bestias in campo operis seuientes aspicere aliud contra cordis caueam frementes tenere. redacte namque intra claustra continentie. et si adhuc temptando rugiunt vsque ad morsum tamen vmnius actionis illicite non excedunt. pacifice itaque sunt bestie terre. quia motus carnis et si per desideria palpitant. apta tamen nos predictione operis non impugnant. quamuis per hoc ipsum quod pacifici dicuntur etiam id quod de malignis spiritibus diximus non inconuenienter

accipit. motus etiã carnis nobis pacẽ cũ deo faciunt cũ temptãdo ↄtradicũt nã iusti mẽs in eo ꝙ ad supna dirigit ex corruptibili corpore graui bello fatigat. que ⁊ si qñ a desiderijs celestibꝫ huius mũdi qlibet minima delectatõe tardat ipõ bello sue temptatõis impellit. vt illud toto corde diligat qđ ↄtra dictio nulla ↄturbat. vnde fit vt quietẽ intimã ad memoriaȝ reuocet ⁊ carnis sue illecebra fugiẽs ad illã pleno amore suspiret. Considerare em̃ ex temptatione quisqȝ ↄpellit. Vñ vel quo ceciderit qui postmoduȝ dei pacem deseruit. rixam sibi ↄtra se exurgere semetipm̃ sentit ⁊ tũc verius videt de se cur a dei dilectione cecidit. vel quid ꝑdidit qui a se dilapsus suã in sẽptumeliam inuenit. Pacem ğ nobis cũ deo terre bestie faciunt. qꝛ motus carnis dũ nos temptando lacescũt ad amorem quietis intime impellũt. hec greg. ℚ Sed hoc ↄsiderandum. ꝙ quis caro nr̃a nihil desideret sine aĩa a qua accepit sensus ꝑ quos sumit ⁊ motus. debet tñ eadem aĩa subdite sibi substantie hoc est ipi corpi negare ea que nociua sunt. ⁊ a corporeis cupiditatibꝫ ⁊ ↄcupiscentijs eam refrenare vt eo liberius possit rebꝫ vacare diuinis. De hoc leo papa in quodã sermone sic dĩt. quis nihil caro sine aĩa desideret ⁊ iñ accipiat sensus vnde ⁊ motus. eiusdẽ tñ aĩe ẽ quedam subdite sibi negare substãtie ⁊ interiori iudicio ab inconuenientibꝫ exteriora frenare. vt a corporeis cupiditatibꝫ sepius liberata in aula mentis possit diuine vacare sapie. vbi em̃ strepitu terrenaꝝ silente curaꝝ in meditationibꝫ sanctis ⁊ in delicijs letet eternis. qđ ⁊ si in hac vita difficile est ↄtinuari. põt tñ ꝑfreqñr assumi vt sepius ⁊ frequẽtius diuitijs spiritalibꝫ q̃ carnalibꝫ occupemur. ⁊ cũ melioribꝫ curis maiores impendimus moras. in incorruptibiles diuitias etiã tpales transeant actiones. hec leo papa. ℞ Notandũ etiam ꝙ quicũqȝ vincere voluerit vitiũ aut passiones temptationum quas patit. debet idem vitiuȝ per quod maxime infestat explorare ⁊ cõtra illud principale certamen arripere ⁊ omnem curam ac sollicitudinem in illius vitij expugnationem adhibere. quo deuicto facilius poterit sequentia vitia ipsum impugnantia cum adiutorio dei superare. hoc ↄmemorat serapion abbas in collatione patrum sic dicens. Cũ igit octo vitia oẽ genus hoĩm pulsent. non tamen vno modo perpetunt cunctos. in alio namqȝ spiritus fornicationis locuȝ obtinet principalem. in alio superequitat furor. in alio xenodoxia vendicat tirannidem. in alio arcem superbia tenet ⁊ cũ ↄstet omnes ab omnibus impugnari diuerso tamen modo ⁊ ordine singuli laboramus Quamobrem ita nobis aduersus. hec arripienda sunt prelia. vt em̃ vnusquisqȝ vitiũ quo maxime infestatur explorans quidem aduersus illud principale certamẽ oẽm curam mentis ac sollicitudinem erga illius impugnationem. obseruationemqȝ em̃ defigens aduersus illud quotidiana dirigens spicula. ↄtra illud cũctis monẽtis cordis suspiria crebraqȝ gemitũ tela ↄtorquens. aduersus illud vigiliarum labores ac meditationes cordis sui impendẽs. indesinẽtes quoqȝ orõnum fletus ad deũ fundẽs ⁊ ĩpugnatõnis sue extirpatõem ab illo spãliter ac iugiter deposcens. Impossibile nãqȝ est de qualibet passiõe triũphuȝ quẽpiam ꝓmereri. priusqȝ ĩtellexerit ĩdustria vel labore ꝓprio victoriã certaminis se metipm̃ obtinere non posse cum tamẽ valeat emundari. necesse sit eum die

noctuq; in omni cura ⁊ solicitudine ꝑ
manere. cũ se senserit absolutum rur/
sus latebras sui cordis simili intentio
ne ꝑlustret ⁊ excipiat sibi quã inter re
liquas ꝑspexerit diriorem. atq; aduer
sus eam specialius omnia arma spũs
ꝯmoueat ⁊ ita sꝑ validioribꝫ suꝑatis
celerẽ habebit de residuis facilẽq; vi/
ctoriam. q: ⁊ mens triumphoꝝ ꝓcessu
reddet̃ fortior ⁊ infirmior. pugna suc/
cedens ꝓmptiorẽ ei ꝓuentũ faciet pre
lioꝝ. itaq; vicijs semꝑ robustioribꝫ su/
peratis atq; infirmioribꝫ succedẽtibꝫ
parabit̃ nobis absq; vllo discrimine ꝑ
fecta victoria. hec serapion. S
Sunt etiã alia remedia ꝯtra impetus
temptationũ. vic; bona occupatõ. hu
milis orõ. ⁊ diligens sollicitudo Pro
primo eñ debet homo semper aliquid
opis facere. ne a dyabolo inueniat̃ oci
osus. q: qui bono vacat exercicio non
cito rapit̃ a temptatione. Unde btũs
ihero. Fac aliquid opis. vt dyabolus
te semꝑ inueniat occupatum. sꝑ in ma
nu tua sacra sit lectio. ama sciam scrip
turaꝝ ⁊ carnis vitia non amabis. Di
cit ⁊ beatus august. Non facile rapit̃ a
temptatõne qui bono vacat exercitio.
Unde hoĩ religioso ocium sine studio
⁊ lr̃is est multũ periculosum Testante
seneca qui dt̃. Ocium sine lr̃is mors ẽ
⁊ viui hoĩs sepultura. Unde denuo be
atus ihero. Non per ocium ⁊ delicias
sed per multas tribulatões ⁊ tempta/
tiones veniendũ est ad xp̃m. Secun
dum remediũ ꝯtra temptatões est hu
milis orõ Quis enim grauis sit nobis
inimici temptatio. multo tñ grauior ẽ
illi nostra orõ. frequens namq; orõ vi
tioꝝ est expugnatio ⁊ omniũ temptati
onũ expulsio. Unde dt̃ beatus grego.
Quocũq; impugnaris vitio ꝯtra hoc
stet orõ. q: frequens orõ vitioꝝ est ex/
pugnatio. Quãto grauiori tumultu ꝓ
mimur. tanto insistere orõni ardenti/
us debemus. Dicit ⁊ beatus berñ. Gra
uis est nobis inimici temptatio. s; lon
ge grauior est illi nostra orõ. ledit nos
eius iniquitas atq; versutia. sed multo
amplius torquet eũ nostra simplicitas
⁊ mĩa. ⁊ humilitatẽ nostram nõ susti/
net. vrit̃ caritas nostra mansuetudine
⁊ obedientia cruciat̃ hec berñ. T
Tercium remediũ est diligens sollici
tudo. vt videl; ꝯtra vitia impugnãtia
nos oẽm diligentiã ⁊ sollicitudinẽ ad
hibeamus illis resistendo ⁊ ea a nobis
amouendo. Ad qd̃ hortat̃ hugo. sic di.
Qd̃ timemus incidere sollicite stude/
amus euitare. qd̃ dolemus adesse sol/
liciti studeamus nobis amouere ⁊ qd̃
desideramus adipisci solliciti studea/
mus obtinere. hec hugo Et q̃uis labo
riosum sit ꝯtra inimici insidias ac tẽp
tationes pugnare assidue. non tñ erit
difficile si nostram custodiã ⁊ victori/
am non nobis sed gratie dĩne tribui/
mus. ⁊ nosipsi etiam inquãtum possu
mus cũ adiutorio dei ipsis temptamẽ
tis resistamus. De hoc dt̃ beatus gre.
Laboriosum est valde ꝯtra inimici in
sidias sꝑ tendere. ⁊ ꝯtinue quasi in a/
cie stare. sed laboriosum non erit si cu
stodiã nostrã non nobis sed gr̃e suꝑne
tribuimus. ita tñ vt ⁊ ipsi q̃tum possu
mus sub ꝓtectõne diuina vigilemus.
hec greg. Pugnandũ ergo nobis est ꝯ̃
vitia ⁊ ꝯtra temptamenta antiqui ho/
stis. qui mille modos nocendi h;. si vo
lumus ad victoriã ꝑuenire. De hoc in
quadã omelia sic dr̃. Antiquus aduer
sarius noster dyabolus quẽcunq; vide
rit in opus prauum temptando se non
posse pertrahere. festinat maxime quã
tum potest in ociosis etiã ⁊ illicitis ser
monibꝫ vel etiã cogitationibꝫ immun
dis seducere. ⁊ ita reũ efficere corã deo
hoĩem conat̃. mille eñ artes habet no

cendi. ꝛ ideo nobis omni vigilātia in intentione ꝯtra prauas cogitationes ꝛ callidas suggestiões pugnare necesse est. si volumus puenire ad victoriā certaminis. hec in omelia Nec debet time re seruus dei cū a diabolo p illicita de sideria temptat̃ q₂ p hoc exercet̃ ad p̄mium nec putet se alienari a xp̄o cū ta lia patit̃. sed magis existimet se place re deo. q₂ ꝯflictio vitioꝝ exercitiuȝ est virtutuȝ. De hoc dꝫ hug. De inuidia diaboli. illicitis desiderijs nos inflam mando vulnerat. sed in his oīb₉ dei ser uus exercet̃ ad p̄mium. q₂ tūc ei mala subiecta seruiunt. cū eū affligendo ꝓbant nō subuertūt nā ꝯflictus vitiorū exercitatio sunt ꝟtutum. Dicit de hoc ysido. sic Qui passionib₉ aīe insidian tib₉ aduersarijs cruciat̃ non credat id circo se alienari a xp̄o qui patit̃ talia. sed p hoc magis se deo ꝯmendabilem esse existimet sed duȝ patit̃ laudet deū potius non accuset. ad magnā eīm vtili tatem diuina mens iusti diuersis tem ptationuȝ passionib₉ agitat̃. ꝓ quib₉ si deo gratias egerit sueq̧ culpe q₂ tali bus dignus sit imputauerit hoc qđ ex passione tolerat. ei ꝓ ꝟtute reputabat̃ qui ꝛ diuinā agnoscit iusticiā ꝛ suā cul pam intelligat. hec ysidorus. Et notā dum ꝙ quicūq̧ vitia supare desiderat ꝛ victoriam de ipsis obtinere quā eti am dominus ab vnoquoq̧ expectat. de bet prauis cogitationib₉ statim cum in surrexerint resistere. q₂ si diutius eīm in seipsis residere pmiserit cū magna dif ficultate postmoduȝ ꝛ labore illas a se eliminare poterit ꝛ excludere Vnđ dꝫ beatus augu. Sicut candidū vestimen tum cū fuerit sanguine aspsuȝ si fuerit mox lotū candorē suū recipit. si aūt in sederit ꝛ inroxerit macula vix lauat̃ sic mens humana si surgentem cogitatio nem deleuerit. poterit suū retinere can dorem. si aūt diutius insidere pmise rit vix cū magno labore purgat̃. hec ē aūt prima victoria secreti certaminis nostri qđ dn̄s expectat ꝛ angelus. cuȝ cogitationib₉ malignis mēs humana fideliter occurrerit ꝛ bonis opib₉ ma los supat cogitatus. hinc laus nascit̃ hinc gloria crescit Manifestum est eīm apud fideliores q₂ nō solum de factis sed etiā de cogitationib₉ aut laus aut vituperatio a deo iudice tribuatur. hec augu. ¶ Sciendū etiam ꝙ non oīs temptatio est culpanda. que nos infestat. sed illa p quam fit ꝓbatio po tius est gratulabūda. q₂ vita nostra nō p̄t esse sine temptatione nec etiā quis q̧ sibi innotescit nisi temptet̃. nec pōt coronari nisi vicerit. nec vincere nisi le gitime certauerit. nec certare nisi ini micū habuerit Jsta ꝯmemorat beatus aug. sic dicēs. q̧diu repugnat̃ vitijs plena pax non est. verūtamen non est culpanda oīs temptatio sed illa gratu labunda qua fit ꝓbatio. vita eīm nostra peregrinatio est nec p̄t esse sine tēptati one q₂ ꝓfectus noster p temptationeȝ fit nec quisq̧ sibi innotescit nisi temp tet̃ nec potest coronari nisi vicerit nec p̄t vincere nisi certauerit. nec potest cer tare nisi inimicum ꝛ temptationem ha buerit. habundat ergo in mundo. sed maior est qui vicit mundū. Estus ma gnus est seculi sed maior ē vmbra sub alis dei. Quis pertinens ad christum non varijs temptationibus agitatur. noli ergo timere permissum aliquid fa cere temptatorem. habes misericordis simum saluatoriem qui dat potestateȝ habet equitatem. temptaris vt proben ris. temptaris vt a teipso inueniaris deus temptat vt doceat. dyabolus vt decipiat. cui tamen nisi ille qui temp tat̃ locum dat inanis temptatio ꝛ irri denda repellit̃. hec augu. Sed tamen

pla corda cum cogitationibꝰ illicitis ⁊ delectationibꝰ carnalibꝰ pulsanṫ q̄uis illis cū adiutorio dei resistant. tñ q2 titillanṫ delectatione inordinata. ⁊ patiunṫ ꝑpter hoc impedimenta interdum in orōnibꝰ ⁊ alijs bonis operibꝰ. habent ꝑpter hmōi impedimenta ⁊ tēptationes remorsum ꝯsciē ⁊ tristiciā mentis gerunt. sed non sunt timende tales cogitatōes quocunq̄ tpe vel hora veniant. dūmodo viriliter eis resistatur. q2 labor est in tali pugna vbi delectationi male resistit animus. ⁊ q2 resistentē fatigat. vincentē coronat Hoc ꝓbat hugo de sancto victore in lib. de archa noe sic dicens. Dicit inquā aliquis sepe se cogitationibꝰ quibusdam preteritoꝝ maloꝝ per illicitam quandam delectatōem in animo renascentibꝰ perturbari atq̄ admodum ex hoc ꝯtristari. ꝑpterea nonnunq̄ etiam in tpe orōnis his pulsari ⁊ vexari. Breuiter respondeo. si pugna non essꝫ. victoria nulla esset. ꝙ aūt subiunxisti malle te in alio genere fatigari vbi labor eēt sed periculū tantū non esset Et ad hoc similiter rñdeo. si nulla delcātio esset in cogitatōe. nullus oīno labor essꝫ in ꝯtradictōe. q2 animus oē qꝺ nō delcāret facile refutaret. hic vero labor ē cū eo pugnare qꝺ placet. hoc ē amare pariter ⁊ improbare. q̄ cū delectatio si fit nū est ꝓpositū in bono non solū nō nocet. sed ꝓdest. q2 in eo ꝙ resistentē fatigat. vincentēꝫ coronat. Sentire eñ solam delectatōem sine ꝯsensu pena ē nō culpa. q2 vitiū qꝺ in nobis ex fomite peccati sine rōne oriṫ. per rōnem refrenaṫ. per grām excusaṫ Vñ paulus ꝺr. Nihil damnatōnis est his qui sunt in xp̄o ihesu qui non ꝯm carnē ambulant. est tñ omne peccatum qꝺ ꝯtra iusticiam moueṫ sed non damnabile qꝺ per gratiam excusaṫ. hec hugo. Unde cum homo aliquem motum inordinatum in mente vel in carne senserit non delecteṫ vel ꝯsentiat. sed statim resistat Nam demonū est nobis suggestiones malas immittere. sed nostruꝫ est illis non ꝯsentire. nā quotiens resistimus totiens deū honoramus. angelos letificamus. nosmetipsos eterna glīa coronamus. De hoc ꝺr beatus bern̄. Si homo aliquē motum ad id ad qꝺ non debet moueri se senserit. non ꝯsentiat. sed illico resistat. Nā solus ꝯsensus reos nos facit. etiaꝫ si aliquid impediat ne opera subsequanṫ. tunc eñ mori aīma sicut scriptum est ꝺr cum ipsa ratō ꝑ ꝯsensum ad peccatū curuaṫ. Anima enim que peccauerit ipsa morieṫ. resistat ergo ne moriaṫ. pugnet vt coronetur. Molesta ergo lucta sed fructuosa q2 ⁊ si habet penam. adhibeat ⁊ victoriam. non nocet sensus vbi non est ꝯsensus. imo qꝺ resistentē fatigat. vincentem coronat. Demonuꝫ est nobis malas suggestiones immittere. nostrū est illis non ꝯsentire. Nā quotiens resistimus. totiens dyabolū superamus. angelos letificamus. nosmetipsos beatificamus. deū honoramus. Ipse eñ filius dei nos hortaṫ vt pugnemus ⁊ adiuuat vt vincamus. certātes spectat. deficiētes subleuat. vincētes coronat eṫna glīa. Vñ ⁊ ꝯm beatū ihero. grata ⁊ desiderāda tēptatio est. cuius premium speraṫ a xp̄o in celo. q2 vt ꝺr petrus da. Per bellū pueniṫ ad pacē ꝑ laborē trāsiṫ ad requiē. nō ē ei sine pugna victoria. nec absq̄ victoria pueniṫ ad coronā. hec pe. da. Utile etiā scīs est vt ꝺr beda temptationū flāmis exaīnari vel tēptari. q2 si fortes fuerūt appeant. vel cognita ꝑ temptatōes sua infirmitate fortiores fieri discāt. ⁊ sic cū ꝓbati fuerint accipiant coronam vite. hec beda

X Et notanduꝫ ꝙ quanto quis

feruētius resistit temptationibꝫ tanto validius a maligno spiritu impugnatur. sed quāto plures sunt pugne temptationū. tanto sunt copiosiores corone vincentiū. Unde dicit beatus ambro. Quo plura certamina tanto precelsior virtutū corona. Unde et iohānes abbas montis sinai in tractatu de. xxx. gradibus sic dicit. Anima que est sine pigritia contra seipsam demones excitat multiplicatis duo preliis multiplicate sunt et corone. qui non plagatus est ab impugnatoribꝫ penitus nō coronabitur. Et glosa super eodem tractatu ibidē sic dicit. Qui enim vicerit demones percutientes et plagātes eis resistendo. licet plagetur coronabitur. plagas nāque suscipit qui temptatur et plagas retribuit. qui temptatione potenter impugnat et repellit qui duo consentit nō tantum plagatur sed moritur. et ideo nō coronatur. qui duo nō consentit ex virili resistētia plagatur quidē sed propter angustias et labores quas sustinet coronabitur. hec glo. A

Et quamuis superius sit dictum quod tria sint que hominem spāliter impugnant. videlicet diabolus mūdus et caro. tamen et plures possent assignari. que nos impugnant licet singularis intētio sit diuersa videlicet ista septem. deus. proximus. diabolus. mūdus caro. homo seipsum. et opera virtuosa. deus impugnando temptat vt proficiat. proximus vt noceat. homo seipsum vt sibi satisfaciat. bona opera vt homo proficiat. de tribus primis dicit beatus greg. Alia a deo alia a proximo alia ab aduerso sustinemus. de sequētibus tribꝫ dicit beatus bern. Impulsator hominis est mundus caro homo ipse Bonū duo opus est quod etiā nos impugnat per suā difficultatem. Primo nos deus impugnat aliquando in rebꝫ per earum subtractionē. aliquando in corpore castigando nos per infirmitatē. aliquando in aīa per gratie subtractionem vt ad celestia desideranda nos inuitet. Secundo proximus nos impugnat in rebꝫ nos spoliando vel famā denigrando vel corpus vulnerando et quibuslibet aliis iniuriis nos grauando. Tercio diabolus nos impugnat per prauas suggestiones et malas immissiones Unde dicit bern. Ille callidissimus serpens. cui nullum studiū aliud nisi fundere sanguinē aīarum hic est qui iugiter machinatur malum venenatis suggestionibꝫ sufflat illicitos motus in flammā. nā mille nocendi artibꝫ corda hominum temptare non cessat. Quarto mūdus nos impugnat ante et retro a dextris et a sinistris sensibus nostris exterioribꝫ suas offerens vanitates Unde beatus bern. Quot mūdus habet oblectamēta. tot vir iustus patitur temptamenta. dicit etiā nobis illud sapie. venite fruamur bonis que sunt etc. Quinto impugnat nos caro nostra dicēs nobis illud sapie. Venite vino precioso et vnguento nos impleamus Et beatus bern. de eodē nobis ipsi gestamus laqueum nostrum vbique circūferimus inimicū carnē hanc loquor de peccatō genito Sexto impugnat homo seipsum quando ex vehementi temptatione virtus iā est in deliberatione iā dandi consensum Unde dicit beatus bern. noli mirari vsque adeo homo impulsor est sui ipsius et suimet precipitator vt nō sit quod in altero formidet. si ipse solus a se ipso manus contineat manū tuā dico consensum tuū. hūc solū contineas et impugnatio nō nocebit. Septimo impugnāt nos opera virtuosa que ex vitiata natura primorum parentum non delectat operari omnē enim virtutem et omne bonū difficulter facimus nisi per continuam assuefactionem ipsarum operatio transeat in affectum de modo autem vincēdi vt vincamus atque vt vtar verbis beati bern. dicentis. Qui sumus nos aut que fortitudo nostra vt tam multis temptationibꝫ resistere valeamus. sed videntes defectū nostrum

Mundicia cord est puritas mentis omnez abhorrens imundiciã. Vel sic. Mundicia cordis est vtriusqȝ hominis ĩtegritas diuini amoris intuitu obseruata. Necesse est aũt ante oĩa vt intellectus ꝛ effectus purgeẜ in nobis. Intellectus vt sciamus quid agere debeam? Affect? vt ea que ĩtelligim? agere valeamus. De hoc bea. bern. dicit. Duo sunt que in nobis purganda sunt ĩtellectus vt nouerit affectus vt velit. Et notãdũ ꝙ cũ cor sit prĩcipiuȝ radix ꝛ fons a quo fluit ĩ totũ corpus vita sensus ꝛ motus naturaliter ꝛ in cogitacionẽ in delectatõȝ ꝛ in ꝯsensum mũdicia vl' ĩmũdicia puritas vel ĩpuritas specialiẜ et ĩ liguã ꝛ ĩ opus sensibiliẜ et corporaliẜ ꝓiñ origo cogitatõis et scaturigo delectatõis ꝛ ꝓpago ligue ꝛ opis est a corde. Vñ si fons cordis purus est ꝛ mũdus tũc fluitus ꝛ fluuius mũdus exiens ab eo ꝛ si est impurus et ĩmundus tũc ꝛ illa similiter q̃ procedunt ab ĩpo. Vñ dr in Mathe. De corde exeũt cogitatões. Et hec sunt q̃ mundant vel coĩquinãt totũ hominẽ. Et ꝓpter hec vt ad suam perfectiõȝ et ꝓfectum ꝛ decorem ꝓficiat mũdatus in cogitatõe delectatõe lingua et ope recte ps. primo petit ipm fontem cordis mũdari dicens. Fiat cor meũ immaculatũ qꝛ ab ĩpo cetera mũdanẜ et maculantur. J Specialiter tñ potest distinguĩ ꝙ alia sit mũdicia cord alia lingue. alia opis. Mundicia operis ẽ ĩnocẽtia actõis q̃ est mundicia magna. Mũdicia lingue est refrenatio sermõis. q̃ ẽ mũdicia maior. Mũdicia cordis est restrictio cogitatiõis ꝛ delectatõis. q̃ est maxĩa. qꝛ virt? diuina est ꝛ ĩmediate in deũ tẽdẽs ad videndũ ꝛ diligẽdũ. de q̃ mũdicia ꝓprie intelligiẜ illud. Math. Beati mundo corde qm̃ ipi deũ videbũt. Sũma enĩ pfectio videẜ esse cordis mũdicia ꝛ ĩcorruptio. qm̃ ad verã beatitudinẽ. que ꝯsistit in visiõe dei est ĩmediata dispsicio. De hac triplici mũdicia dr ĩ ps Innocẽs manib?. Ecce mũdicia operis. ꝛ mũdo corde id est cogitatione. Ecce mũdicia cordis. q̃ nõ accepit ĩ vanũ animã suã scȝ nec iurauit ĩ dolo ꝓximo suo. Ecce mũdicia ligue. Mũdicia igiẜ opis magna est qꝛ magnũ ꝛ pfectũ est cohibẽdo se a malo ope innocentiã custodire. Vñ psal. Custodi ĩnocẽtiã ꝛ vid eq̃tatẽ. Mũdicia ligue maior est qꝛ magis pfctm̃ est liguam refrenare q̃ȝ opus cohibere. illd faciũt multi. istud sciũt vl' possunt facere pauci. Vñ dr bea. Jaco. Si q̃s nõ offenderit in lingua hic pfectus est vir. Mundicia vero cordis maxima est. qꝛ maximum ꝛ pfectissimũ est cogitatiões ꝛ delectatões adhuc in corde restringere. cũ em̃ opus cohibeẜ cũ lingua ĩfrenatur et regiẜ. sole cogitationes ꝛ delectaciones adhuc in corde scaturiũt et sperguntur de illa antiqua fomitis putredine intantum. ꝙ sicut nec primi motus affectionis ꝛ concupiscencie ita nec primi motus cogitacionuȝ sunt ĩ nostra potestate que sanctis et pfectis viris adhuc in carne inherent.

R Ab hac autem cogitacionuȝ varietate ꝛ mutabilitate in presenti nemo ad perfectum potest liberari sȝ sufficit posse per graciam ipsas refrenare ac restringere ab illicita volitione ꝛ reuolutõe in mente qd est iam mundicia ꝛ puritas cordis ĩ hac vita possibilis quia ab ipsa mutabilitate cogitacionũ per solaȝ visionẽ dei penitus

liberamur. Causa nonnulla illius est
qꝛ cū anima sit dei capax quicquid in
fra deum est animā replere nō pōt. vn̄
vnius rei cogitatōe veniente in animā
semꝑ locum hꝫ adhuc alia. donec illū
videat quo saciata nihil aliud capere
possit ⁊ ꝑ hoc tūc erit īmutabilis cogi
tatōe ⁊ affectōe quibꝰ naturaliter mu
tatur. De hoc ꝑ p̄s d̄r Saciabor cum
apparuerit gloria tua. Vn̄ eciam bea.
greg. suꝑ Ezech. de hoc sic dicit. Per
hoc ꝙ ꝯspiciemus in futuro naturam
diuine essentie liberati a nostra muta
bilitate. figimur in eternitate. Immu
tabimur enī in ipso quē videbimus ⁊
carebimus morte videndo vitam mu
tabilitatē nostram transcēdemus vi
dendo īmutabilitatē. ⁊ corruptōꝫ no
stram videbimus videndo incorrupti
onem. vn̄ valde salubre est vt homo ī
uigilet ⁊ custodiat ac cōseruet cordis
mundiciam qꝛ mens pura est diuine
maiestati familiaris ⁊ amica. De hoc
dicit Egesippus Omnis qui esse volu
erit maiestati essentieqꝫ diuine famili
aris. in mētis se exerceat puritate sꝑ.
nimirꝫ ab eterno amica extitit diuini
tatis excelse ip̄a mundicia ⁊ puritas
mentis nostre hec ille. Nō solum autē
mens munda est amica ⁊ familiaris
deo sed eciā ip̄m diuine maiestatis do
nū meret̄ in se recipere ⁊ eo frui ac in
ipso quiescere qꝛ tēplū sūmi dei ē. qd̄
ꝓbat beatus Ambro. sic dicēs Mun/
dicia mentis sola deum in se recipere
meretur eo frui in eo quiescere ⁊ gau/
dere. Et hugo. Mens pollens mundi
cia ⁊ virtute ipsa sola est templū maie
statis excellens. Et sicut cristus mun/
dis se aīabꝰ libenter applicat ⁊ iungit
sic a mente sordida fugit ⁊ se elongat.
Et beatus gre. Cuꝫ summa felicitatis
dulcedine cristus mūde anime se ap/
plicat. sed a feda mente in infinitū in
damnatōnē corporis ⁊ anime elonga
tur. Nā quisquis cordis mūdiciā adi
pisci nō appetit a se mundicie auctorē
repellit ⁊ si mentem polluerē in cogi/
tatōe eius qui mundicie est auctor. eē
hereditas neq̄qꝫ possuꝫ. Et cassiodo.
Quale igitur gaudiū . qualis nāqꝫ cō
solatō; peccatrici anime esse poterit. ve
ra aūt ⁊ ꝑfecta delectatio munde men
ti diuinitus innotescit. vn̄ qui celesteꝫ
dulcedineꝫ gustare desiderat. cordis
mundiciam in se conseruare studeat.
qꝛ s̄ꝫ dictū beati Ieronimi. Nisi mēs
munda fuerit a scelere. nūqꝫ ei datur
suauitas dulcedinis sempiterne. Dic̄
eciā beatus Bern. Impossibile est ꝙ
nisi mundata fuerit anime domus ali/
quis infundatur liquor celestis roris
et gracie. vt ergo mundum cor quisqꝫ
habere valeat necesse est vt non solum
ab operibus prauis verumeciam a co
gitationibꝰ malis ac viciosis se absti/
neat. quia ante dei oculos tociens la/
bimur. quotiens a recta via per cogi
tationes illicitas deuiamus. Qd̄ bea/
tus gregorius tangit. xxv. moralium
sic dicens. Notandum ꝙ ad deuꝫ tot
gressibus mens accedit quod bonis
motibus proficit. Et rursum tot gres
sibus longe fit quot malis cogitacioni
bus decrescit. Vnde plerūqꝫ contin/
git vt nec dū ꝓcedat ī oꝑe motꝰ mētis
⁊ tn̄ iā ꝑfecta culpa fit ex reatu ip̄o co
gitatōis. qꝛ ergo nouimus ꝙ districte
omnia nō solū facta sed eciā cogitata
pēsent̄ qd faciemꝰ d̄ īcessu mali oꝑis
si sic subtiliter deꝰ iudicat gressus cor/
dis. Ecce occl̄ta mētis nostre īterna
nullꝰ hōinū videt ⁊ tn̄ an̄ dei ocl̄os tot
gressus ponimus quot affectus moue
mus tociēs an̄ illū labimur quociēs
a recto itinere infirme cogitationis
pede claudicamus . nisi enim ī cōspec
tu eius iste assiduus nostrarum men/

tiuz lapsus incresceret. p pphetam nō diceret. Auferte malum cogitacionū vestrarū ab oculis meis hec nimiruz dicens vim coopte nostre malicie quasi ferre se posse testat̄. q2 coopta illa esse nō potest q2 vicz inoportune eius conspectui ingeritur quicquid ī nobis occulte illicitū cogitatur. deus em̄ mala hominum nec cogitacōes ignorat nec perpetrata obliuiscit̄. nisi ab eius oculis penitendo deleantur. Lux em̄ eterna que deus est q̄to incōmutabiliter fulget. tāto penetrabiliter videt. et neq3 occulta nescit qui cuncta penetrat. neq3 penetrata obliuiscit̄ q2 incōmutabilis durat. proinde quociens īdignum aliquid in corde ɔcipimus. tociens in luce peccamus. Nunc ergo dū possumus a conspectu eterni iudicis et male cogitata et peius pp̄etrata deleamus. reuocem9 ad memoriā cordis. quicquid peruerse egimus p nequiciam presumptōis. proponat homo cōtra se futurū iudicium et queq3 in se sentit districte ferienda p sententiam iudicis. hec in se pie feriat p penitentiaz ɔfessionis. hec gre. Debet ergo vnusquisq3 fidelis et maxīe religiosus ad cordis puritatem tendere. vt mereat̄ illorū consorcio ascribi de quibus dicitur. Beati mundo corde quoniā ipsi deum videbunt. Ad quod faciendū hortatur Leo papa sic dicens Uniuersitas fideliū ad perfectaz innocentiā et plenaz debet tendere puritatē vt cōsorcio eorū mereatur ascribi de quib9 dicitur. Beati mūdo corde qm̄ ipsi deum videbunt. Omni instancia omni virtute intēdendū est. vt quicquid secretum ɔsc̄ie maculat. quicquid aciez mentis obscurat diligētissimis emēdacōib9 deleatur. Quis em̄ scriptū sit. Quis gloriabit̄ castum se habere cor aut mundum se esse a peccato non tn̄ desp̄anda est apprehēsio puritatis. q̄ cum semper petit̄ semper accipit̄. nec remanet iudicio condemnādū. qd̄ fuerit confessione purgatū hoc est. quod omnes ecclesie filij orantes dicūt. Dimitte nobis debita nostra. q2 nemo tā iustus tam sanctus est. qui in tempore istius vite que tota temptatio ē cuiuscūq3 peccati remissione non egeat. Circūstant vndiq3 picula innumerabilium delictorū et per licitos vsus ad īmoderatos transit̄ excessus dū p curam salutis irrepit delectatio voluptatis et non sufficit ɔcupiscētie quod satis potest nature. hec Leo papa. Un̄ sancti viri vt puritatem ac mūdiciam cordis acquirere ac retinere possent. pro hac diuicias dignitates ac delicias huius mundi vniuersas libenti animo ɔtempserunt. De hoc dicit moyses abbas. ī collatōe patrū. Quidq̄d nos ad puritatē cordis potest dirigere tota virtute sectandū est quicq̄d autē ab hac retrahit vt pniciosuz ac noxium deuitandū. p hac em̄ vniuersa agimus atq3 toleramus. pro hac parētes. ppria dignitates diuicie delicie huius muudi et voluptas vniuersa ɔtemnit̄ vt scz puritas cordis perpetua recreet̄. hec moyses ab. Filius

Ut audio ex p̄dictis magnuz bonum est mundicia cordis s3 q̄d boni ɔferat vel quem fructum afferat homini de hoc cupio edoceri.

Capitulum III Pater

Scire debes qd̄ mundu3 cor siue puritas cordis generat bonā conscīam qua nihil est in hac vita iocundius. Teste beato augu. qui dicit. Non est maior iocunditas q̄3 ɔsc̄ie puritas quia gaudium et exultacio deuotorū virorū ex bona cōscientia procedit. vnde dicit Seneca

Viri boni gaudiũ ex bõa ↄsciã proce
dit. Pura aũt ↄsciã, put dicit Hug. ē
que nõ hñt de preterito iustã accusati
onem ac de pñti iniustam delectatiõꝫ
ꝛ de futuro falsam volũtatē. hec hugo.
Unde quietã ꝛ bonã ↄsciaꝫ duo faci-
unt vicꝫ de pteritis mal' ↄ digna satis
factio. ꝛ de futuris cauta declinacio.
De hoc dicit Rich. de sancto victore
Quietam ↄsciam faciũt pteritoꝝ ma
loꝝ ↄdigna satisfactio ꝛ instanciũ ma
loꝝ puida cautaqꝫ declinatio. Quie-
tus est, quē ↄsciã sua nec de preterita
nec de pñti culpa remordet. Ideꝫ sen
tit btũs bern, sic dicēs Duo faciũt bo
nam ↄsciaꝫ de malis penitere ꝛ de ma-
lis abstinere. Debet auteꝫ vnusquisqꝫ
cũ diligēti examīe ↄsciaꝫ discutere q̃-
lis sit, ne ↄtingat euꝫ in piculũ eternũ
tã aīe qꝫ corporis incidere. vñ bea.
Aug. dicit. Omnis ↄsciã que verã sui
discussionē amiserit ꝛ iudiciũ in picu
lum vergit tã mētis qꝫ corporis eternuꝫ
Hec aug. M Et notanduꝫ ꝙ qꝫ
diu carnis impetus ꝛ carnalis volup-
tas viget in hoīe, ↄsciã tota pturba
tur. Quia cũ sciamus omnipotētē de-
um respicere ꝛ intelligere occulta cor
dis nostri. qñ aliquo reatu culpe gra-
uamur ↄsciã nostra nos accusat ꝛ ido
ad deũ leuare cordis nostri faciē time
mus. postqꝫ vero post pñie lamēta fue
rit abluta. ꝛ cogitatiões illicite cepe
rint in nobis languescere ꝛ de die in
diem magis ac magisqꝫ deficere tunc
incipit nostra ↄsciã ad pacē ꝛ tranql-
litātē seipsaꝫ paulatī ↄponere ꝛ fidu-
ciam de gaudio superne retributiõis
habere. Vñ Richa. de sancto victore.
Quãdiu viget in hoīe vehemēter ī-
petus carnis ꝛ torrens voluptatis car
nalis. solet esse causa timoris ꝛ īdig-
natõis solet sane ↄsciaꝫ totã turbare.
ꝛ amaritudis fluct⁹ exagitare. postqꝫ
vero cepint infirmaꝝ delectatõnũ fluc
tus languescere atqꝫ euanescere. inci-
pit ↄsciã pariter ad pacē ꝛ trãqllita-
tem seipsaꝫ paulatī ↄponere. futuri iu
dicij metum magis magisqꝫ deponere
ꝛ illas pteritas anxietatis estuaciões
amittere. beatus eciã Greg. xvi. mor.
de hoc sic ait. Sicut p corporis faciē ho-
mini ita p interiorē ymaginē deo noti
atqꝫ ↄspicabiles sumus. Cũ vero rea-
tu culpe d'primimur ad deũ leuare cor
dis nostri faciē verem̃. Dũ em̃ nulla o
perũ bonoꝝ ↄfidencia fulcitur intueri
mens sũma trepidat q2 ipa ↄsciã se ac
cusat. Dũ vo iã pñie lamētis culpa di
luit̃ ꝛ sic ppetrata plãgũt̃ vt plangen
da mīme ppetrent̃. magna menti fi-
ducia nascit̃ ꝛ ad ↄspiciēda supne re
tributõis gaudia cordis nostri facies
leuat̃. hec gre. Et qꝫuis discussio ꝛ re-
morsus ↄsciē in pñti mētē multũ per
turbet, eternã tñ retributõꝫ pter hoc ī
futuro acquiret. vñ criso. Remorsus
ↄsciencie multis nũc mentē discussio
nibꝫ ferit ꝛ pcutit. sed pmiũtãdē sup
ne beatitudinis acquirit N Sci
endũ eciã ꝙ qꝫto quis maiorē graciã
a deo pcipit. tanto maiorē remorsum
ↄsciē hꝫ quociēs peccat. vñ ric. Quã
to maiorem graciã a domino accipi
mus tanto acriore remordētis consci
entie stimulo vrgemur quociēs pecca
mus. qꝫdiu em̃ in nobis ipsa ↄscien
cia aliqd impfectõis inuenire poterit
eius nos respectus cõfundit ꝛ cruciat
huius itaqꝫ cõscientie stimulus nũqꝫ
finit̃ donec omnis impfectõ de medio
tollat̃ ꝛ ad integritatis plenitudineꝫ
homo reformet̃. hec Rich. Quicunqꝫ
eciam de actibꝫ suis deo placere festi
nat, test em se in celo ꝛ sue conscientie
hēre ↄsiderat. Quid em̃ nobis nocere
põt si hũana ignorancia aut malicia
ↄtdicat cũ cõ sciētia excusat. Vñ si

donum de nobis dicit̄ qḋ nō habem⁹
tristari debemus. Si vero malū de no
bis qḋ in nobis nō inuenit̄ nō solū
non tristari ex hoc. sed pocius gaude-
re debemus. qḋ ꝓbat bea. Aug. dicēs
Quid obest illi si ḋ illa tabula eū vult
humana delere ignorancia. si eundē
de libro viuenciū nūꝙ̄ ꝓpria deleat cō
sciencia. nā ⁊ si bonū qḋ de nobis di-
citur in mente nō inuenit̄. magnā in
nobis debet tristiciam generare. Ecō-
tra si malū qḋ ḋ nobis ḋr in nobis nō
inuenit̄ in magnā debemus leticiā ꝓsi
lire. Et he. gre. mora. de eodē ḋt. Ois
eñi qui ex eo qḋ agit humanas laudes
appetit. testē in terra querit. Qui autē
de actib⁹ suis oīpotenti deo placere
festinat. testē se habere se in celo ꝯside
rat ⁊ sepe ꝯtigit vt ipa quoqꝫ ī nobis
bona opa ab incautis hoib⁹ reprehē
dantur. sed qui testem in celis hꝫ rep-
hensionē hominū metuere non debet.
hec gre. ¶ Et notandū ꝙ sunt ñ
nulli qui membra corporis sui vestibus
nitidis ⁊ ꝓciosis operire solent. ꝯsciaꝫ
vero suam bonis morib⁹ ac virtutibus
ornare nō curant. Sed quid ꝓdest exte
rius fulgere vestib⁹ ⁊ intus in consciā
sordere flagicijs. De hoc dicit leo pa
pa. Uestimēta eñi nitida mēbra ope-
rire pñt. ꝯsciaꝫ ornare nō pñt. Interi
oris ergo hominis primo ornemur ef
fectu vt exterioris quoqꝫ sit amictus
ornatus. spūales maculas abluamus
vt carnalia in nobis fulgeant vestimē
ta. nihil ei ꝓdest fulgere vestib⁹ ⁊ sorde
re flagicijs vbi eñi ꝯsciā tenebrosa est
totū corpus obscurū est. Uñ ꝓut dicit
Augustinus. Quanto amplius corpo
ris huius idest hominis exterioris ap
petunt̄ ornamēta. tanto sunt maiora
hoīs īterioris detrimēta. Quāto aūt mi
nus appetunt̄. tanto magis moribus
pulchris homo interior adornat̄. he
Augu. Qui eciam desiderat in domi-
no gaudere ⁊ nūꝙ̄ tristis esse. studeat
iuste ⁊ ꝟtuose viuere ⁊ ꝯsciam mūdaꝫ
habere. qꝛ ꝯsciā īmunda seu mala sem
per est in pena. Uñ ysidorus. Si nun
ꝙ̄ vis esse tristis bñ viue. ꝯsciā eñi rea
semꝑ est in pena qꝛ nulla pena graui-
or ꝯsciā mala Reus eñi animus nūꝙ̄
securus est. hec ysidorus. Cū igit̄ ex p̄
dictis intelligamus salutē hoīs max
ime ꝯsistere in bona ꝯsciā valde neces
se est. vt omnē opaꝫ ad hoc demus. q̄-
tenus illibatam ī nobis illaꝫ cōserue-
mus. qꝛ nihil dulcius ī rebus creatis
nihil dicius in terra huic thesauro eē
potest. De cuius ꝯmendatōe bea. ber.
in tractatu de spirituali vita sic dicit.
¶ Magne diuicie bona ꝯsciā. Et
reuera quid dulcius in rebus creatis
aut quid dicius in terra aut securius
aut quietius hoc thesauro. Cōsciā eñi
bona titulus est religionis. Ager bene
dictōis. ortus deliciaꝝ archa dei. gau
diū angeloꝝ. thesaurus regni. habita-
culū spūssancti. Liber signatus ⁊ clau
sus ⁊ in die iudicij apiendo. nihil se-
curius nihil iocundius ꝯsciā bona. p̄
mat corpus trahat mūdus. terreat dy
abolus ⁊ secura erit consciā. Secura
qñ corpus morie t̄. Secura qñ anima
corā deo pñtabit̄. secura qñ vterqꝫ añ
terrificū tribunal xp̄i iusti iudicis cō
stituet̄. future eciā beatitudinis nō est
vtilius remediū nec certius testimōi
um bona ꝯsciā. Corpus submergetur
in penam. verberib⁹ laniet̄ gladio tru
cidet̄ supplitio afficiatur ⁊ secura erit
bona ꝯsciā. In speculo anime status i
terioris hominis ꝯgnoscit̄. anima ve-
ro nō nouit se que sine speculo ē Spe
culuꝫ eñi mundū claꝝ ⁊ puꝝ tocius re-
ligionis est ꝯsciā. nec immerito specu
lo ipsam ꝯscienciam cōpauerim. quo
niaꝫ in ea tāꝙ̄ in speculo tōis oculus

tam qd indecens q̃ qd decẽs est claro aspctū apprehẽdere potest. sȝ nō venit ad bonā cord ↄsciaȝ nisi p cord custodiam. Cor em̃ suo arbitrio dimissum aut ad vitā severtit aut ad mortē Vn̄ quidquid cor cogitat qd ad vtilitateȝ suam vel ꝓximorū quoquomō modo non ptineat respuendū est vt possit acquiri bona ↄscia. humana em̃ ↄsciencia dei est vinea. quam extollere de ber peccatoꝝ ↄfessio ⁊ eoꝝ satisfactō ¶ Exhibitō eciam bonoꝝ operū ⁊ custodia eorū. vnicuiq; em̃ nostrum liber ē ꝓpria ↄsciencia ⁊ ad hunc librū discutiendum ⁊ emẽdādum alij omes repti sunt. ℟ Anima cū egreditur de corpe nullum aliū p̄ter ↄsciencie libꝝ secū portare p̄t. atq; in illo cognoscet quo debeat ire. ⁊ quid debeat recipere. Ex his em̃ que scripta erunt in libris nostris iudicabim̃ ⁊ ideo scribi debent ꝑ exēplar libri vite. Et si quid aliter habuerit corrigant. ne ĩ illa vltia col lacione si q̄spiam inuenti fuerint aliter habentes abicietur. hec Ber.

Filius

Vellē scire quid possit homo asse qui salutis. habendo bonā ↄsciēciam Capitulum IIII Pater S

Scire debes qd per bonaȝ cōscientiā puenit ad pacē cord ⁊ ad sabbatū siue gaudiuȝ sp̄uale. Circa qd notādū q̇ freq̄nter pax ⁊ gaudiū se comitantur. q̇r ex pace cordis cōcipit gaudiū ex spiritu sancto de cōsciēcie tranq̄llitate. sic ecōtrario nō est pax impijs vnde nec gaudiū quos em̃ ↄscia remordet gaudium vel paceȝ sp̄ualē nō habēt. Vn̄ de bonis p Paulū dicit. Deus spei repleat vos omni gaudio ⁊ pace. De impijs dicit dn̄s p ꝓphetam. Non est pax impijs. quō em̃ pax potest esse illi qui guerrā ⁊ litē in domo ↄsciē habet. cui omīa tam bona q̃ mala nocēt. qui iacet ĩ spinis viciorꝝ. quē vermis ↄsciē cie remordet. qui onus diaboli portat qui iacȝ ĩ immūdicia ¶ Oportet ergo vt faciat iusticiā hoc ē vt habeat vitaȝ virtuosam. per quā puenit ad bonā ↄsciencia ȝ. q̇ pacē cupit ⁊ trāq̄llitatē cordis possidere. Vn̄ bea. aug. Fac iusticiam ⁊ habebis pacē si em̃ nō amaueris iusticiā pacē n̄ hēbis bōa ei res est pax. vis ergo venire ad pacē fac iusticiā Hec aug. Qui aūt volūt pacifici in semetipsis esse. necesse ē vt motus inordinatos ⁊ carnales ↄcupiscencias sibiip̄is subiciāt ac in se domēt. mētē vero suā ⁊ racōeȝ subiciāt deo per obediēciaȝ mādatorū eius. Vn̄ bea. aug. Pacifici in semetipsis sunt. q̇ omnes anĩ sui motus ↄponētes ⁊ subiciētes racōni carnalesq; ↄcupiscēcias habentes edomitas fiūt dei regni filij. in quo ita ordinata sunt omīa vt qd ē in hoīe precipuū ⁊ excellens imperet sit ceterisq; reluctātib;. q̇ sunt nobis bestijsq; cōmunia atq; id ipsuȝ qd excellit in homine id est mēs ⁊ racio subiciat pociori id est deo. Nec em̃ inferiorib; imperare quis potest. nisi supiorib; subiciatur ⁊ hec ē pax que dat homīb; ĩ terra bone volūtatis. non tn̄ aliquis ad hoc puenire p̄t ĩ hac vita vt lex repugnās legi mētis nō sit omnino in suis membris sed hoc nūc pacifici agūt domādo ↄcupiscēcias carnis vt ad pacē plenissimā q̄nq; veniat Et notādū q̇ quāto pfectior ē vita in homīe. tanto maior pax cordis. ⁊ quies ĩterior copiosior ab eodē acquirit ac possidetur ℭ Signa aūt pfecte q̇etis ĩterioris hoīs Johānes ab. montis synai describit sic dicēs. Quies est incessabilis dei latria et assistentia. Jhesu memoria tui flatui vniatur ⁊ tunc cognosces quie

tis vtilitatem .Signa autem quietis interioris hec sunt. intellectus nō ela-tus. mens nō arrogās. sanctificata intentio. raptus ad dn̄m orō incessabil' custodia impdicabil'. fornicatōis mortificatō. bn̄di ad aliqd passibiliter affectionez ignorātia. mors mundi auiditatis gule ꝛ appetitus omnium gulosoꝝ puatio discretōis fons lacrimaꝝ libamen mltiloquij pditio ꝛ omīs cōtentōis ꝛ litis interitus. multus vo timor in qete tibi necessarius est q̄ nihil ita psequi accidiā pōt. hec Johā. ab. Diligenda est ergo pax ꝛ qes cordis. ꝛ habita cū diligētia est custodienda cū vero fuerit p aliquā negligenciā amissa. iteꝝ p puritatez cordis ac bonam ↄsciaz est reuocāda. ne qs ppter inquietudinez cordis a spū sancto efficiat' alienus. De ↄmēdatōe eciaz pacis dr̄ bea. Aug. Pax est serenitas mentis. tranquilla ↄscia. simplicitas cordis. amoris vinculū. ↄsortiū caritatis. hec est que bella ↄpescit ↄprimit iras. supbos calcat. humiles amat. discordes sedat. inimicos ↄcordat. cūctis est placita. nō querit alienū. nihil deputat suum. docet amare q̄ odisse ñ nouit. nescit extolli nescit īflari. hanc ergo q̄ accipit tēat. q̄ pdit repetat. qm̄ qui ī eadē nō fuerit inuētus abdicat' a pr̄e. exhereditat' a filio. a spūsctō alienus effici'. nec poterit ad hereditatē puenire. q̄ noluerit testamentū pacis obseruare. nec pōt ↄcordiā hr̄e cū cristo. q̄ discors esse voluerit cū cristiano hec aug. ¶ Post pacē vero ꝛ quietē cordis seq' sabbatuz spūale ꝛ gaudiū in spū sancto. q̄ cū mens p bonā ↄsciaz a s'uitute peccati quieuerit. in gaudio spūssancti iocūdat'. vn̄ Hug. de sācto victore. Sabbatū hoīs qd̄ ei exterius visibiliter s'uādū pcipi'. sacramentum est interioris sabbati. vbi mens sancta a s'uitute peccati p bonā ↄsciaz qescens. in gaudio spūssancti iocundat' hoc sabbatū quisqs in pn̄ti vita seruauerit. vt nullis ↄsentiat malis. pueniat in futura vita ad illd̄ eternū dei sabbatū vbi nulla sentiat mala hec Hug. Et sciend̄ ꝙ illi spūale sabbatum non obseruant s'm bea. Augu. nisi qui ita tempare opib' terreis accomodāt vt tn̄ lctōi ꝛ orōi ꝛ si nō semper vel frequēter insistāt s'm apostoluz Attendite lctōi ꝛ doctrīe Et iteꝝ. sine intermissione orate. Qui em̄ t'les sūt quottidie spūaliter sabbatum colunt. q̄ vero inquieti sunt ꝛ iugiter in terrenis actib' īplicāt' sabbatuz. i. requiez habere nō possunt. de quib' scriptuz ē Impedimēta mūdi fecerunt eos miseros. hec Aug. Cōsiderand̄ ꝙ nullus malus existens sabbatū seu requiē habere pōt. q̄ remorsu ↄsciē quez sustiet sp ī pturbatōib' viuit. qui autem conscientiā bonam h3 in tranquillitate ꝛ gaudio est ꝛ ido sabbatum idest requiem cordis frequenter possidet. de hoc bea. Augu. sic ait. Sabbatum indicit nobis deus. quale intus est in corde ē sabbatum nostꝝ: multi em̄ vacant mēbris ꝛ tumultuant' ↄscīa. omīs em̄ homo malus sabbatum habere nō potest nusq̄ em̄ quiescit illius ↄscia ꝛ necesse est vt in pturbatōib' viuat. cui autē est bona conscīa tranquillus est. ꝛ ipsa tranquillitas sabbatū est cordis. Attēdit em̄ pmissorem deum ꝛ si laborat ī pn̄ti extendi' spe futuri ꝛ serenat' omne nubiluz tristicie sic dicit apl's. Semper gaudentes ipm autem gaudium ī tranquillitate spei nostre sabbatum nostꝝ Hec augu. Filius.

Cupio eciaz de hoc informari qd vicz valeat ad ↄseruādā quietē interiorem et pacem cordis.

Capitulum V Pater X

Scire debes qd ad ꝯseruādā pacē cordis ⁊ q̄etis interioris multū valet vita solitaria ⁊ freq̄ns māsio in cella. qꝛ p vitā solitariā tollūẜ occasiões diūsaꝝ passionū p q̄s īpediẜ pax ⁊ quies cordis Cella nāq3 est spūale habitaculū. que de supbis hūiles. d gulosis sobrios. d iracundis mites d odiosis reddit fraterna caritate feruentes. ipa inq3 cella nouit hoīes ad pfectōis culmē pducere atq3 ꝯsūmate scītatis fastigiū sublimare. De hac vita solitaria ⁊ q̄3 salubꝛe sit in cellis habitare petrus. da. sic dicit Consuetudo facit monacho cellā leuē ac dulcē. vagatio mūdi fac horribilē. vagātib9 cellā carcerē. permanētib9 suaue cubiculū assuetū ieiunijs coꝛpus sobꝛietas roborat. effluenciā epulaꝝ flux9 eneruat. Vigilia moderata aciē hūane mētis exacuit. generatio repetiti sopoꝛis obtundit Secularīū negocioꝝ relatio anīa3 passionib9 desiderij facit obnoxiā. Sacri eloquij assidua meditatio mundo reddit extinctam. Paupertas monachi securitas est mentis. securitas vero est matẜ puritatis. ecōtra reꝝ habūdancia aculeos parit sollicitudīs. sollicitudo est radix anxietatis O cella negociatoꝝ celestiū apotheca in qua vic3 illa mercīū, vel meritoꝛū sūma recōdiẜ. quib9 terrene viuēcīū possessio cōpaẜ. Felix ꝯmerciū vbi terrenis celestia, p transitoꝛijs mercāẜ eterna. Felices inquam nundīe vbi venalis vita eterna ,ppōnitur. ad quā emēdā ecia3 si minimum quid solu3 sufficit qd hēẜ vbi breuis afflictō carnis emit celeste ꝯuiuiu3. ⁊ exigue lacrime risum pariūt sempiternū vbi possessio terrēa distrahiẜ ⁊ ad eterne hereditatis patrocīnū pueniẜ O cella spūale, pꝛsus habitaculū. que de supbis humiles. d gulosis sobrios de crudelib9 pios. de iracūdis mites. de odiosis reddis in fraterna caritate feruentes. tu ociose lingue frenū tu luxuriosis renib9 nitide castitatis exhibes cingulū. tu facis vt leues quiq3 ad grauitatē redeāt. vt iocosi scurrilitatibus pcāt vt vaniloqui se sub discreti silēcij cēsura ꝯstrigāt. tu ieiunioꝝ ac vigiliaꝝ nutrix. tu pacie custos. tu facis vt vagos quosq3 xp̄i cathena coherceat. vt indisciplinati moꝛib9 a sua se p̄uitate ꝯpescāt. tu nosti hoīes ad pfectionis culmē euehere. atq3 ad ꝯsūmate pfectōis ⁊ sanctitatis fastigiū sublimare. tu hoīes a seipis extraneos reddis ⁊ vasa vicioꝝ floꝛere v̄tutib9 facis Qui igiẜ singularē vitā vsq3 ad fine3 vite, p diuino amoꝛe tenuerit d habitaculo carnis egressus ad edificatōnē puenīet. domū nō manufactā eterna3 in celis. hec pe. da. Qui igiẜ seq̄strati a turbis secularib9 fuerīt. ⁊ in locis solitarijs habitare didicerūt. menteq3 suas a dn̄acōe desiderioꝝ tpaliū excusserūt. Hi tales eciā ī hac vita magna mentis quiete ac libertate pfruūtur. d hoc gre. xxx. mo. expōnēs illud dictu3 Quis dimisit onagrū liberum. sic ait Onager q̄ in solitudine ꝯmoraẜ. non incōgrue eoꝝ vitā significat. q̄ remoti a turbis popularib9 ꝯuersanẜ. Qui a pte eciā liber dꝛ qꝛ magna est seruitus seculariū negocioꝝ. q̄b9 mens vehemēter atteriẜ. Quis in eis sponte desudetur. Cuius seruitutis ꝯditōe carere ē in mūdo iā nihil ꝯcupiscere. q̄si enim quodam iugo seruitutis p̄mūt, pspera dū appetuẜ. p̄mūt aduersa du3 foꝛmidātur. At si quis semel a dn̄aciōe desiderioꝝ tpaliū colla mentis excusserit. quadā eciā iā in hac vita libertate perfruitur. dū nullo dsiderio felicitatis afficitur. nullo aduersitatis terroꝛe co

artatur. hoc breue seruitutis iugū dñs
vidit seculariū ceruicib9 īpressū. cum
diceret. venite ad me omnes qui labo
ratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos
Et illud Tollite iugū meū sup vos a/
sperꝫ quippe iugū ꝛ dure seruitutis pon/
dus est subesse tpalib9. ambire terrēa
retinere labētia. Vellē stare cū nō stā/
tib9 appetere quidē trāseuncia sed cuꝫ
trāseūtib9 nolle trāsire. Liber ḡ dimit
tit̄ q̄ calcatis terrēis d̄siderijs ab ap/
petitu reꝝ tpaliū securitate mentis ex
oneraf̄. hec gre. A Circa qd̄ notā
dū ꝙ si forte aliq̄s nō pt̄ esse solitari/
us corpe eo ꝙ in congregatōe ꝛ cōita/
te fratꝝ ꝯuersari cogit̄. vel qd̄ plus est
aliq̄s forsitan occupaf̄ in negocijs et
curis reꝝ seculariū ex mādato supioꝝ
qb9 obedientiā tenef̄ ex p̄ceptis regu/
le exhibere. talis ergo cui nō suppetit
solitudo corpis: debet ītendere solitu
dini cordis. Et q̄uis positus sit inter
hoīes ꝛ occupatōes tpales. tñ curas
debet reꝝ seculariū ꝛ cogitatōnū īutili
um a se inq̄ntū valet excludere. vt pos/
sit eo liberius deo vacare. quia nec so/
litudo corpis vtilis est. si defuerit qui
es ꝛ solitudo cordis Qd̄ gre. xxx mo.
tangit exponens illud. cui dedi in soli
tudine domū sic d̄t. hoc loco solitudi/
nē debemus intelligere corpis an soli/
tudinē mētis. Sꝫ qd̄ ꝓdest solitudo
corpis si defuerit solitudo cordis. qui
enī corpe remotus viuit. ſꝫ tumultib9
ꝯuersacōis hūane terrenoꝝ desiderio
rū cogitatōib9 se inserit. nō est in soli
tudine. Si vo p̄maf̄ aliquis corpalit̄
ꝑplarib9 turbis ꝛ tñ nullos curarum
seculariū tumultus in corde patit̄ nō
est in vrbe. itaq̄ bñ ꝯuersātib9 p̄mū so
litudo mentis tribuit. vt exurgētē ex/
trinsecus strepitū terrenoꝝ desiderio/
rū p̄mant vel ebuliētes ad īfima curas
cordis ꝑ supni grām restringāt amo/
ris. omnesq̄ motus īportune se offe/
rētiū leuiū cogitatōnū q̄si quasdā cir
cūuolātes muscas ab oculis mētis al
ligāt manu grauitatis ꝛ quoddā sibi
cū dño intra se secretum querant. vbi
cū illo exteriore cessante strepitu ꝑ in
terna desideria feruenter vl' silēter lo/
quatur hec gre. B Vñ quilibet re
ligiosus qui desiderat familiaris esse
deo ꝛ ꝑ graciā sanctispūs aīa sua cō/
solari fugere debet tumultū hominuꝫ.
q̄tū lꝫ ꝛ solitudinē maxīe mētis dili
gere. qꝛ deus magis requirit ab homi
ne spūs q̄ corpis solitudinē Ad qd̄ fa
ciendum bea. ber. vnāquāq̄ deuotam
aīaꝫ hortaf̄ sic dicēs. O sancta aīa
sola esto. vt soli creatori serues teipaꝫ
quē ex oīb9 tibi elegisti fuge publicū
ꝛ ipos domesticos. secede ab amicis
ꝛ itimis nihil tibi ꝛ turbis. ipm obli
uiscere pplm tuuꝫ ꝛ domū patris tui ꝛ
ꝯcupiscet rex decorē tuū. an nescis ve
recundū te hr̄e sponsuꝫ. qui neq̄q̄ suā
tibi īdulgere pōt p̄ñciā p̄ñtibus cete/
ris. Secede ergo nō corpe sed mente
sed īterōe sꝫ deuotōe sed spū. Deus eñ
requirit cordis nō corpis solitudinē
solus es si nō ꝯmunia cogites. si nō af
fectes p̄ñcia si despicias qd̄ multi su/
scipiūt. si fastidias qd̄ omnes deside/
rāt si iurgia deuites. si damna nō sen
tias si nō recorderis iniuriaꝝ. alioqui
nec si solus corpe es solus es hec bea.
bernardus Filius

Desidero eciā aliqua scire de. vij.
donis sanctispūs ꝛ d̄ fructu ꝛ vti
litate quā assequūf̄ possidēres ꝛ habē
tes illa dona vtꝫ eciā valeāt p̄dicta do
na ad puritatē cordis ꝓmouēdā seu
eciā ꝯseruādaꝫ ꝛ d̄ his cupio edoceri.

Capitulum. VI Pater C

Scire debes fili
ꝙ omēs gratie ꝛ habitus da/

ti diuinitus possint dici generalit dei specialiter tñ et a ppriate septē sunt do na spūssācti. q ysaias per ordinē enu merat a sūmo incipiens vsq ad vlti mū descēdēdo. nos vo qui a terra ad celestia tendimus eosdē gradus ascen dendo enumeramus ab isimo incipi endo scz a dono timoris ascēdēdo vs q ad donū sapiētie. Rationē huius ascensionis reddit bea. gre. sic dicens Nemo insima deserens. repente fit sū mus qz ad obtinēdū pfectōis meritū dū quottidie mēs i altū ducit ad hoc pculdubio velut ascēsiōis eiusdē gra dus puenitur. vñ ascēsiōes i corde no stro disponere debemus. i hac valle la crimarū. vt ad donū sapiētie ptīgamus D Est igit nobis in hac scala ascē dendū ab infimo dono timoris vsq ad sūmū donū scz sapiētie p gradus dispōnētes ascēsiones in corde. vt ea mus de virtute in virtutē donec videa tur deus deorū in syon. Primus igitur gradus ascēdēdi est timoris scz amo rosi in oībus agibilibus ptinuatio. Se cundus est pietatis viscerose ad deū et primū sancta liquefactio. Tercius ē scie omniū bñficiorū dei grata pcogita tio. Quartus est fortis oīm opa conū bonarū executio. Quintus est psulta a deo oīm elegēdorū tuta electio. Sextus est intellectus oīm veritatū necessaria rū lipida ptēplatō. Septimus est sa piencialis celestiū desideriorū et delici arū pgustatō. E Dicūt autē hec dona multiplici rōe. Prīo qz p hec ex pellūt. vij. vicia. timor eñ dñi expel lit supbiā. pietas inuidiā. scia iram. q est quasi quedā insania. fortitudo accidiā. psiliū auariciam. intellectus gulā. sapiētia luxuriā. Et notandū q vij. sunt spūs boni et septē mali F Nā p donū timoris spūssanctus ab homine supbiā expellit. et deū humi liter introducit. p donum pietatis in uidiam turpidinis pculcat et pximū ad se dulciter inuitat. p donū scieira totaliter cedat et totū hominē intra se prudēter pacificat et quietat. p donū fortitudinis accidiā velocit opprimit et vigorem mentis vehemēter ad opā dum inpellit. p donū psilij auariciam potenter extiguit et thesauros celestes sapienter pquirit. p donū in tellectus gulam vehemēter reprimit et celestibus delicijs mentē spūaliter reficit. per do num sapientie luxuriam despicit et to tum hominē castitati et libertati omni no restituit. Expulsis igitur oībus vi cijs spūssanctus p dona sua ex domo mentis nostre iocūdū et sanctū sibi ha bitaculum pparat. nā donum sapien tie mentis nostre domum virtutibus edi ficat. Donum intelligencie mētis do mum ptēplatōe illuiat. Donum psilij domū mtis prudētia gubernat. Donū fortitudinis mētis domū stabilitat et defendit. Donū scie mētis domū di uinis veritatibus vel virtutibus multipli cat et ditat. Donum pietatis mentis domū diuino cultu pornat. Donū timoris mentis domū mundat pser uat. et omne peccatum totaliter ab ea expellit et extirpat. Vñ bñ spiritussan ctus ppat igni qz sicut ignis diuersos effectus habet et primo purgat ita spi ritussanctus p donū timoris purgat mentes hominum a sordibus peccatorū et viciorum. timor eñ dñi expellit pec catum. Item liquefacit p donum pie tatis sicut ignis metalla ceram et pig uia. Item pgregat p donum scie sicut eñ ignis diuersa metalla in vnā mas sam cōiungit. sic et spiritus qui docet bene puersari iter malos. piungit eci am malis bonos. Itē consolidat per donum fortitudinis. Unde apostoli recepto igne spiritussancti ita fuerūt

robusti ꝙ qui prius cedebāt eciaꝫ mo
dico timori iam ibant gaudētes a cō
spectu ꝯcilij. Itē eleuat ꝑ donum ꝯsilij
scꝫ vsqꝫ ad celū ſm illud vade ⁊ vende
omnia que habes ⁊ habebis thesauruꝫ
in celis. Item illumīat ꝑ donū intel
lectus ſm illō docebit vos omnē verita
tem. Itē accēdit ꝑ donū sapiētie quo
gustant̄ celestia ⁊ q̄to magis gustant̄
tanto feruencius desiderāt̄ ſm illud.
Qui edunt adhuc esurient. G
Dicūt̄ eciā dona spūſſācti. vij. eē ꝓpt̄
vires naturales expiandas. nā irasci
bilis indiget expediri tā in ꝓsperis q̄ꝫ
in aduersis. in ꝓsperis quidē ꝑ timo-
rem. in aduerſ aūt ꝑ fortitudinē. Cō
cupiscibilis indiget expediri q̄tum
ad affectū respectu ꝓximi qō fit ꝑ pie
tatē. ⁊ q̄tū ad affectū qō ī respectu dei
fit ꝑ gustū sapiētie dei. Racio quoqꝫ ī
diget experiri in veritatis speculatiōe
qō fit ꝑ donū intellectus. ⁊ in verita-
tis elatōe. qō fit ꝑ donū ꝯsilij. atqꝫ in e
lecti executōe qō fit ꝑ donū sciē ꝑ hoc
em̄ donū recte ꝯuersam̄ in medio na-
cōis praue ⁊ ꝑuerse. H Et notā
dum ꝙ spūſſanctus dr̄ ꝓcedere a pa-
tre ⁊ filio vt donū ad creaturā. ꝑ quem
electi omnes vocant̄ iustificant̄ ⁊ glo-
rificant̄. De hoc dt̄ bea. ber. Spiritus
qui a patre filioqꝫ ꝓcedit tāq̄ꝫ firmis-
simū ⁊ indissolubile vīculū trinitatis
⁊ tāq̄ꝫ in quo omnia dona donāt̄ ē do-
num. de quo testat̄ scriptura q̄r ꝓcedit
spirat inhabitat replet ac glorificat. ꝓ
cedere dr̄ a patre ⁊ filio vt donū ad cre
aturam vnde ꝓcedēdo predestinat in
spirando vocat. quos p̄destinauit īha
bitando visitat. quos replendo accūe
lat meritis. quos iustificat glorifican-
do ditat p̄mijs quos accumulauit me-
ritis hec ber. I Et quia spiritus
sanctus multiplex in virtute omnium
est ei artifex omnē hn̄s virtutē omīa
ꝓspiciens vnde radios suoꝝ donoꝝ oī
bus liberaliter exhibet diuersimode tn̄
ſm capacitateꝫ singuloꝝ Vn̄ bea. ber.
in sermone festi ꝑ eum sic dicit. Vere
multiplex est spiritus ī virtute qui tā
multipliciter filijs hominū inspiratur
vt nō sit qui se abscōdat a calore eius
id est a radijs beneficioꝝ eius. Siqui
dem conceditur hominib⁹ ad vsuꝫ. ad
miraculū. ad salutē. ad auxilium. ad
solaciū. ad feruorē. Ad vsum quidē vi
te p̄ntis ꝯcedit̄ bonis ⁊ malis dignis
pariter ⁊ indignis cōia bona habūdā
tissime tribuens. ita vt videatur hic
discretionis limen al's limitem non
tenere. Ingratus est ergo vel cecus. q̄
in his bn̄ficiū spūſſancti nō agnoscit.
Ad miraculum dat̄ in signis ac prodi
gijs ⁊ varijs virtutib⁹. quas ꝑ quorū-
libet manus oꝑatur. Item infunditur
ad salutem cū in toto corde nostro cō
uertimur ad dn̄m deum nostruꝫ. Por
ro ad auxilium dat̄ cū in omni colluc
tatiōe adiuuat infirmitatem nostram
Datur eciā ad ꝯsolationem vt cū testi
moniū ꝑhibet spūi nostro. ꝙ filij dei su
mus. hec inspiratō est ad nostram cō-
solationem. Dat̄ etiā ad feruorē cū
in cordib⁹ ꝑfectoꝝ feruencius spirās
validum ignē caritatis accēdit vnde
nō solū in spe glorie filioꝝ dei sed eciā
in tribulatōib⁹ gloriem̄ ꝯtumeliā glo
riam reputātes obprobiū gaudiū ⁊ d
spectuꝫ exaltacionē. pauci autē sunt
qui hoc spiritu repleantur. hec bernar.
His itaqꝫ de. vij. donis spūſſancti in
generali p̄missis nunc in spēali de sin
gulis donis videamus.

De donis spiritusſancti in speciali
per ordinē ⁊ prīo de dono timoris.
Capitulum. VII K

S Ciendum ē igi
tur ꝙ primus ⁊ infimus gra-

dus ascendēdi ad gustū sapientie ē ti-
mor domini De quo beatus Anselmꝰ
sic dicit. Donoꝝ primum timor est ve
luti alioꝝ quoddaꝫ fundamentū. hūc
nāq spiritussanctus in campo mētis
suppōit. aliaq dona in suo ordine ve-
luti in edificio superponit. prius enī
metuere facit hominem. ne pro pecca
tis suis a deo separetur. ⁊ post ī penis
inferni cū dyabolo torqueatur. De q̄
tortura Hugo sic dicit. Terreat te ti-
mor iudicij terribilis metus gehenne
laquei mortis. dolores inferni. ignis
vrens. vermis mordens. ⁊ sulphur
fetens. flāma tartarea ⁊ omnia mala
vt tandem clames ineternū nō pecca
bo. Ad hunc timorem salubrem inui-
tat nos spūssanctus ꝑ os psalmiste di
cens. venite filij audite me ti. do. do.
vos. L Et notandū ꝙ triplex est
timor. seruilis inicialis ⁊ filialis. Ti
1 mor seruilis facit duo. Primuꝫ est ꝙ
ꝑparat viam eternitatis. Secundum
est quod trahit a peccato metu pene.
Unde per sapientem dicitur timor do
mini expellit peccatum Et beatus ber
nardus. Repletus timore domini nō
habet locum vbi admittat peccati te-
nebras. vnde qui pugnat cōtra vicia
et vult desideria carnis vincere neces-
se est. vt timorem domini habeat. Di-
cit etiam Richardus de sancto victo
re. quis in illo ꝑlio vnq victor extitit
vbi spūs aduersus carnē ⁊ caro aduer
sus spūm ꝯcupiscit. q̄ sine timore pug
2 nauit. hec rich. Scd̄us timor d̄r inicia
lis qꝛ ē incipiētiū iniciū sapīe ⁊ d̄r do
nuꝫ spūssctī sed tn̄ sub īꝑfecto eē qꝛ ꝑ
illū timorē cohibet se hō a peccato ꝓp
ter deū principaliter scd̄ario ꝓpter pe
nā eternā. De isto tīore d̄t bea. ber. sup
can̄. Nō immerito hic tīor d̄r iniciū
sapiētie qꝛ se pesti alias ꝓ posse insipi
entie oppōit. hic em̄ timor quidā in-
gressus est ad sapietiaꝫ plane domus
dei ⁊ porta celi est. ⁊ tanq ingressus
glorie. in veritate em̄ didici nil eque ef
ficax esse ad graciā ꝓmerendam reti-
nendā ⁊ recuperādā q si omni tpe
coram deo inueniaris nō alta sapere.
sed deū timere. nō ei locus est quo ad
mittas supbiam repletus timore dn̄i.
hec Bernardus M Et notandū
ꝙ perfecta caritas dicitur foras mit-
tere timorem inicialem inq̄tum ha-
bet naturam timoris seruilis. scđm hoc
scilicet ꝙ habet oculum ad penam. ti
mor em̄ inicialis habet duos oculos
vnum ad gloriam. qui est inicialis ali
as principalis. alterum ad penā qui
est ei accidētalis sed timori seruili es-
sencialis. Preterea timor inicialis
abstinet a peccato veniali ꝓpter penaꝫ
purgatorij. in quo casu potest conueni
re cum perfecto qui eciaꝫ timet penā
purgatorij inquantum est dilatoria
glorie siue separatiua ad tēpus. Ter 3
cius timor dicitur filialis et est vnum
de septem donis spiritussancti. per ip
suꝫ em̄ anima redditur bene mobilis
ab inspiratōibus spiritussancti ad q̄
q opera virtuosa. quia per talem tīo
rem se spiritui sancto omnino subijcit
et in nullo repugnat prout possibile ē
in via. Et sciendū ꝙ timor filialis ꝓ
prie timet offendere deū. q̄ eciā si ꝓpt
peccatū nō separetur a dō. tn̄ a pecca
to abstinet. ne ipꝫ offēderet. Et ī hoc
differt filialis timor ab iniciali. quia
timor inicialis propter conscientiam
peccati timet separari a deo. Timor
vero filialis timet tantum offendere.
Alia eciam est differentia quia timor
inicialis est imperfectorum sed timor
filialis est perfectorum. N
Et notandum ꝙ cum caritas intrat
cor hominis incipit timor exire. cuꝫ
vo illa tota intrauerit et cor possede

rit.tūc nullus timor erit q2 ꝑfecta caritas foras mittit timorē. de hoc beat9 Aug. dt ꝺ ꝟbis apl'i sic. Cū igit caritas intrat cor hoīs. incipit timor exire ⁊ quāto plus illa intrauerit. tanto minor erit. cū illa tota īttrauerit. null9 timor erit. q2 ꝑfecta caritas foras mittit timorē. īttrās ḡ caritas expellit tīorem nō aūt sola īttrat sȝ ⁊ ipā in comitatu hȝ secū timorē. quē īttroducit ipā sed solū castū ꝑmanentē in seculū seculi. Seruilis timor est quo times cū dyabolo ardere Timor castus est quo times deo displicere. hec aug. Vñ ꝺm apl'i dictū. Mundemus nos ab omi inqnamēto carnis ⁊ spūs. ꝑficiētes scificatōȝ in timore dei.

De dono pietatis
Capitulum VIII

Sequitur donū pietatis q ꝺ est scðm donū in ascēdendo. qꝺ oñdit bea. Ans sic di. huic enī dono supple timoris spūssanctus supīponit pietatē cū mēti sic timēti aspirat suꝑpi9 ꝯpassiōȝ pieqꝫ recolere facit. ꝗꝫ misera erit. si a deo sepata ī inferno cū dyabolo torta fuerit. īdo rōnabilit ꝺ dono tīoris ascēdit ad donū pietatis. ꝺ hoc dono dt apl'us pau. Exerce temetipꝫ ad pietatē. nā corꝑalis exercitatō ad modicum vtilis est. Pietas aūt ad oīa vtil'ē ꝓmissōȝ vite hñs q nūc ē ⁊ future. oñdit apl'us in his verbis duplex exerciciū qꝺ ꝯuēit hoī scȝ corꝑale ⁊ spūale. Sed spūale corꝑali ꝑferēdū ē q2 vtili9 ē. corꝑale eī modicā vtilitatē hȝ vt ipē dt. Quātū spūalia corꝑalibꝫ eterna tꝑalibꝫ inuisibilia visibilibꝫ ꝑualēt. tanto spūal' exercitatō corꝑali. Et notāꝺ ꝙ exerciciū pietatis ꝯsistit ī triplici actu scȝ in reuerēcia veneratōis diuine. in custodia scītatis intrinsece. ⁊ in affluentia miseratōis fraterne. p2īo exerceri dēt pietas in reuerētia veneratōis diuine. vñ ꝺ yosia in ecc. d2 In diebꝫ peccatorū corroborauit pietatē. i. cultū diuinū q añ ipꝫ nō vigebat nisi ī isrl'. ꝙ āt pietas sit cultus dei ꝺ hoc dt aug. ī li. ꝺ ci. dei pietas ꝓprie cultus dei d2. qui d2 latrie cult9 ⁊ hic cultus dēt soli dō tāqꝫ excellērio2i ⁊ ꝑfectōri. ¶ Sȝ notāꝺ qd sit iste cultus. ad hoc rñdet aug. in li. ꝺ verbis dñi sic di. Colim9 deū ⁊ deus colit nos. Coli9 deū adorādo ⁊ vt colonū nrm īuocādo. colit nos deus arādo tāqꝫ agricula q2 agricultura ei9 ī nobis ē. eo ꝙ ñ cesset verbo suo extirpare mala semīa ꝺ cordibꝫ nrīs. ⁊ aꝑire cor nostꝝ tāqꝫ aratro ꝺmōis plātare seīa ꝑceptoꝝ ⁊ expectare pietatis fructū hec aug. Scðo exerceri dēt pietas ī custodia scītatis ītrīsece. sūma aūt pietatis siue religiōis xpiane ꝯsistit ī puritate ⁊ trāqllitate ītiore. Pie eī ñ pt affici hō ñ amet scitatē. vñ ꝑ iaco. d2 Religio mūda et īmaculata apꝺ deū ⁊ prēȝ hec ē visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ ⁊ īmaculatū se custodire ab hoc seculo De hac pietate btūs ber. suꝑ illꝺ apl'i. Exerce temetipm ad pietatē sic dicit. Pietas hec iugis est dei memoria. ꝯtinua intentōis actio. ad intelligenciam eius indefessa affectio ī amore eius. vt nulla vnqꝫ seruū dei inueniat nō dicā dies sȝ hora nisi vel ī exerciciū labore ⁊ proficiendi studio vel ī experientie dulcedine ⁊ fruendi gaudio Hec bern. Tranquillitas eciaȝ esse ñ potest nisi in sanctitate ꝯscientie vt sit bona ⁊ pia vt scilicet pre ceteris hō preferat virtutis vitam vite mūdane et vitam gratie vite corporali. qui ꝟo secus facit non habet affectum pium ī se. hec est ḡ pietas ꝟa vt hō aīaȝ suaȝ custodiat in scītate quod si non facit

perdit vitam perdit gratiam et virtutē ſm illud pſalmiſte. Dñs interrogat iuſtū et ipiū q aūt diligit iniquitatē odit aiam ſuam. ꝓpter hoc dr Ecc. xxx Miſere aie tue placens deo. et congrega cor tuum. hoc dicit nō ſolū de exteriori conuerſatione ſed etiam de interiore quia ſimulata pietas non eſt pietas ſed duplex iniquitas. vnde dicit aplus Nouiſſimis tpib iſtab unt tēpa piculoſa et erūt hoies ſeipſos amātes cupidi. elati voluptatū amatores magis q̄ dei. hñtes quidē ſpēz pietatis virtutē aūt eius abnegātes. Tercio exerceri dēt pietas in affluentia miſeratōis fraterne. ficut Noe. Abraham Moyſes. Samuel. Dauid. Noe em̄ ꝓpter pietatē hoiꝫ cētū ānis fecit archaz. Abrahā ꝓpter pietatem ꝓ pꝑūſſimis rogauit zodomitis et extorſit a deo q ſi eſſent decē viri iuſti i ciuitate ñ deſtrueref ciuitas ꝓpter eos. Moyſes āt ꝓ pplo ɔtēptoria dei et ſui orauit d. Aut dimitte eis hāc noxā aut dele me de li. vite. Samuel do quē ppls reprobauit ne ceſſet cū ira dñi ɔtra pplm ſe viret et ppls diceret ei. Ora ꝓ nobis deū. Abſit hoc a me vt nō orē ꝓ vobis Dauid aūt in ſūmo piculo ſui poſitus pepcit ſaul cū nec ɔtra deū nec ɔtra legē fuiſſet ſi eū occidiſſꝫ. iſti ḡ ſunt viri mie quoꝝ pietas ñ dficit. Ad hāc pietatē inuitat nos bea. pe. in ſua cañ. ſic di. Miſtrate i fide vr̄a virtutē. in virtute aūt ſciaꝫ. in ſcia aūt abſtinentiā. in abſtinētia aūt paciaꝫ. i pacia pietatē i pietate fraternā caritatē. q ei vult pius eſſe ad ꝓximū oportꝫ q hēat hec vt pacienter et caritatiue ad hoſtē ſe habeat vt dauid alr pietas ñ ē in hoie niſi hēat extrema ſua ſcꝫ patiaꝫ et caritatē. de hac pietate dr ber. i qdā epla O clemētiſſima pietas q ñ dſinit ſua largiri bñficia ñ ſolū his vbi nullū meritū inuenit ſꝫ his ec vbi totū videt ɔriū. hec ber. vñ dꝫ apoſto. Sobrie pie et iuſte viuam⁹ in hoc ſeculo. Sobrie q̄tū ad nos iuſte q̄tū ad ꝓximos. pie quātū ad deū in ipꝫ fideliṫ credēdo expectātes beatā ſpē et aduentum glorie magni dei et ſaluatoris nr̄i Iheſu xpi.

De dono ſcientie
Capitulum IX.

Scire debes etiam fili ɔterciū donum ſancti ſpūs eſt donū ſcie. qd ſeqṫ imediate donū pietatis. vñ dr Anſ. Poſt donū pietatis ſpūſſctū ſ donū ſcie ſupiponit pietati. cū mēs ſic timꝫ ſibi et ɔpatiṫ vt qūo valeat ſaluari ſcrutaṫ. eiq ſpirituſſanctus huius rei ɔgnitōꝫ largiṫ Et notād ꝫ bea. ber. q dr ſup cañ. q eſt ſcia qdā ſecularis q inebriat nō caritate ſed curioſitate iplet ſꝫ ñ nu trit. i flāmat. ſed nō edificat. ingurgitat ſed ñ ɔfortat. et talis ſcia ñ ē donū ſpūſſācti. Eſt et alia d q bea. Aug. i li. d tri. ſic d. Eſt ſcia q ñ reꝝ vanaꝝ nec curioſaꝝ ſed de his d qb fides ſaluberrīa q ad verā beatitudinē ducit gigniṫ nutriṫ defenſaṫ et roboraṫ et hoc dr donū ſpirituſſancti. Et hoc donū gratuitū ē lumē ſupnaturale. cuius actus eſt bñ iudicare ſm regulas legis eterne. Vnd donū ſcie pmo reſpicit ſpeculatōꝫ ſcꝫ inq̄tū hō ſcit qd fide dēat tenere. Secūdo extēdit ſe ad opatōꝫ eoꝝ que ad credibilia cōiter dirigūṫ. Vñ illi donū ſcie hñt q ex infuſiōe grē certuꝫ iudiciū hñt circa credēda et agenda ita q in nullo duiāt a rectitudīe iuſtitie. et hec ſcia ſcōꝝ ē. de qua dr ſapiētie. x Iuſtum deduxit dñs ꝑ vias rcās et dedit illi ſciaꝫ ſcōꝝ. Ex his pꝫ q donū ſcie eſt hītus infuſus quo hr̄ iudiciū certū ɔca credēda et agēda ℞ Et notād q ſalubris ſcia depēdet i noticia

sacre scripture vbi tot delicias anime
inuenimus quot ad pfectũ nostrũ itelli
gẽcie diũsitates accipi⁹. vñ gre. ĩ mo.
dicit. ĩ amore sacre scripture tot nimi
rũ delicias iuenimus. quot ad pfectũ
nr̃e intell'ncie diuersitates accipi⁹. vt
mõ nos nuda pascat hystoria mõ sub
textu lr̃e velata nos reficiat medulli-
tus allegoria mõ ad altiora suspendat
ↄtẽplacõ anogoge ĩ pñtis vite tene-
bris iã d̃ lũie eternitatis ĩtermicans.
Jn his verbis gre. ĩnuit triplicẽ mẽsã
eẽ sacre scripe. ĩ q̃bꝫ aĩe studiose medi
ante dono sc̃ie diuersimõe ⁊ dulcit̃ re
ficiũt̃. Pr̃ia ẽ mẽsa hystorie. sc̃da alle
gorie. t̃cia anagoge. ĩ mẽsa historie ci
bãt̃ simplices fercul' grossioribꝫ. Jn
mẽsa allegorie cibãt̃ doctores fercul' subti
lioribꝫ. Jn mẽsa anagoge pfectõres ci
bãt̃ fercul' dl'cioribꝫ. Jn mẽsa hystorie
simplices cibãt̃ ferculis g̃ssioribꝫ fidẽ
roborãtibꝫ. dũ sĩplices legũt ĩ sac̃ scri
ptura ꝙ aq̃ ĩ vinũ mutat̃ Lasar⁹ resu
scitat̃ lepros⁹ mũdat̃. cecus illumĩat̃
⁊ alia h⁹mõi. Et tũc turba simpliciũ
pascit̃ qñ fides exẽplis roborat̃. ĩ mẽsa
allegorie t̃ficiũt̃ subtiliores vt doctores ⁊
files subtilioribꝫ ⁊ dulcioribꝫ ferculis
dũ eis panis verus d̃ celo pmittit̃ hñs
ĩ se oẽ dlectamẽtũ suauitatis. ex c⁹ mã
ducatõe resurrectio nobis pmittitur
vita eterna speratur. ianua regni cele-
stis apit̃. mẽsa eterne refectõis pparat̃
corpus xp̃i hic de mãducat̃ ĩ quo no-
bis gustus diuitatis ppinat̃. vñ d̃t hu
Carnẽ assũptã iesus nobis ĩ edulũ p
posuit vt p cibũ carnis ĩtre⁹ ad gustũ
diuitatis. Ex his ↄfortat̃ aĩa ⁊ surgit
in spẽ viuã. d̃ q̃ spe gre. d̃t spes ĩ eterni
tatẽ aĩaꝫ erigit. ⁊ idcirco nll'a exteri⁹
aduersa q̃ tolerat sentit. qd̃ ñ ẽ modi
ca refectõ mẽtis. Jn t̃cia mẽsa anogoge
spirituales ⁊ pfectõres pascũt̃ ferculis
ditissimis ⁊ sapidissimis. Cuius rõ
eẽ p̃t talis. ¶ Anogogia eĩ vt d̃r
hu. sup pmũ ãgelice ier̃. ẽ ascẽsio siue
eleuatõ mẽtis ĩ ↄtẽplatõꝫ supnorũ. iõ a
scedẽdo trãscẽdit narracõꝫ mẽse histo
rice sꝫ ↄtẽplãdo transcendit vltra me
nsã mẽse allegorice. plena aũt eleuatõ ⁊
pura ↄtẽplatõ ĩ mẽte mirã ⁊ dlcẽ gene
rãt dlectatiõꝫ ⁊ refectõꝫ. vñ gre. super
Ezec. Cõtẽplatõ amabilis valdẽ dul-
cedo ẽ q̃ sup seipaꝫ aĩaꝫ rapit celestia
apit. terrẽa d̃bere eẽ ↄtẽptui ostẽdit. et
q̃dã aĩa speculat̃ vñ t̃cĩã pficiat ⁊ p⁹
modũ ad visiõꝫ glorie ptigat hec gre.
¶ Et notãd̃ ꝙ sũt nõnulli q̃ amãt
sciãꝫ ⁊ sapiãꝫ ñ vt hẽant eã in vita vl'
moribꝫ. sꝫ vt p eã vanã gloriã accipi-
ant ⁊ acquirãt. vñ au. Amant aliqui
vba scie vt hẽant ea in doctrina ⁊ ñ ĩ
vita. nõ vt p mores eaꝫ augeãt. sed vt
inanẽ gloriã acq̃rant. ⁊ sic verbis illi
us iflati ab ea magis fiũt aliẽi. De sci-
entia eẽ bõa ⁊ mala sic d̃t ber. Sunt q̃
dã q̃ volũt scire vt sciant ⁊ turpis curi
ositas est. q̃daꝫ vt sciant̃ ⁊ turpis vani
tas est. q̃daꝫ sciãꝫ vendant ⁊ turpis q̃
stus est vt edificẽtur ⁊ prudẽtia ẽ. hec
ber. Et notand̃ ꝙ plures hñtes sciam
salutis minorẽ saluãt̃. ⁊ nõnulli ha-
bentes sciãꝫ maiorẽ peũt ⁊ damnant̃.
Vñ felices sunt q̃bꝫ sc̃ia q̃cũq̧ siue sit
exterior siue spũalis est scala ascẽsio-
nis ad vitaꝫ eternã ⁊ ñ ruina dilectõis
vñ Rich. d̃ sanc. victo. Vere salutis
sciãꝫ aliq̃ hñt maiorẽ aliq̃ minorẽ ⁊ ↄ
tingit sepe saluari eos q̃ hñt minores
et pire eos q̃ hñt maiorẽ. magnitudo
namq̧ scie q̃bꝫdaꝫ est fomes supbie
⁊ eo ipso causa ruine. Vñ felices sunt
q̃bꝫ exterior sciẽcia fit scala ascẽsiõis
ñ ruina dlectatõis. Felices q̃bꝫ scia
illa q̃ inflat ñ ẽ ad inflatõꝫ sed ad iflã
matõꝫ eius q̃ edificat hec richardus.

De dono fortitudinis
Capitulum X ¶

Scire consequē
ter debes q̄.iiij.donū spūssan-
cti est donū fortitudīs ꝛ seqꝰ imedia-
te donū scīe.qđ ondit bea. Anß.sic di.
Spūssanctꝰ donū fortitudīs supꝑpo-
nit dono scīe.cꝰ rō est qꝛ dū mēs paui
da timens sibiq3 dono pietatis ꝯpaci
ens ꝛ q̄d iā agere dēat dono scie sciēs
oportet vt dono spūssācti fit fortis ad
opanđ.q̄ didicit ꝛ qb9 se saluari posse
ꝯfidit.qꝛ sicut.Aug đt.pfectū ñ facit
ꝯgnitō veritatis ī mēte.nisi subseq̄tur
habitus ꝟtutis in opatōe iō fortitudi
nis donū sequiꝰ donū scīe X Et no
tāđ q̄ aīa disponiꝰ ad suscipiēđ donū
fortitudīs ꝑ tria.pmo ꝑ inexpugnabi
le fidi scutū.quo scuto muniūꝰ oēs bel
latores xp̄i vt possint vincere munduz
ꝛ dyabolū ꝛ oīa vicia ꝛ ꝑ ꝯñs ꝑueni-
re ad regnuz dei. hi sunt ß3 dctm̄ apl'i
ad hebre.xi. Qui vicerūt regna. opa-
ti sūt iustitiā.adepti sunt repromissio
nes. ꝯualuerūt đ infirmitate. fortes
facti sūt ī bello Itē ad eph.vi. In oī-
opꝑosa in omnibꝫ oīno fidelibꝫ. ex qua
quicquid est boni operis viget. hec ꝓ/
sper. Unāquamq꜡ ergo aīam vt dr̄ hu
go de scō victo. in qua caritas habitat
supꝑbia nō inflat. inuidia nō deuastat.
ira non dissipat. tristicia mala non ve/
xat. auaricia nō excecat. gula nō inflā
mat. luxuria non inquinat. sp̄ munda
est. sp̄ casta est. sp̄ quieta est. sp̄ leta est.
semꝑ pacifica est. sp̄ benigna est. semꝑ
modesta. in aduersis secura. in ꝓspꝑis
tempꝑata. mundū ꝯtemnens. ⁊ deū di
ligens. omnia bona amando sua faci/
ens. sua omnibꝫ libenter impartiens.
non timens inopiā. non magnopere
expetens habundantiā. In quo cari/
tas dei est semꝑ cogitat qn̄ ad deū per/
ueniat. qn̄ mundū relinquat. qn̄ scāda
la euadat. qn̄ veram pacē inueniat. sp̄
ad desideratū cor suum hꝫ in superna
eleuatum. Si qn̄ ambulat. si qn̄ sedet
si qn̄ agit. si qn̄ quiescit. quicquid ege
cit cora deo non recedit. tacens deum
cogitat. loquens nil preter deū aut qđ
ad amorem dei ptinet loqui desiderat
Alios ad caritatē cohortando inflam/
mat. caritatem omnibꝫ commendat.
q꜡ dulcis amor dei. q꜡ amarus. q꜡ im/
purus sit amor huius seculi non solū
voce sed opꝑe quoq꜡ omnibꝫ demōstrat
Deridet huius mūdi gloriam. sollici
tudinē arguit. q꜡ stultū sit in his q̄ trā
seunt fiduciā habere ostendit. miratur
cecitatē hoīm qui hec diligunt. miraṫ
quō iam dudum vniuersa hec transito
ria ⁊ caduca non omnes ꝯtemnant.
Istis indicijs caritas se ꝓdit. ⁊ eos in
quibꝫ habitat non solum intrinsecus
voluntate. sed etiam foris ꝯuersatōne
discerniṫ. hec hugo. Qui ergo vt dicit
basilius voluerit veram dilectōem pre
gustare. xp̄um discat suauiter amare.
qr xp̄s amor est. Amor aūt ꝭm dictū
hugonis. est dulcedo saporis intimi ⁊
quanto feruentius quis amat tanto su
auius gustat. ❧ Et hoc notandū
vt dr̄ beatus augu. ꝙ sola dilectio dis/
cernit inter filios dei ⁊ filios dyaboli.
Signent inquit se omnes signo sanc/
te crucis. cantent omnes allā. baptizē
tur omnes. intrent ecclām. impleant
parietes basilicaꝝ. non discernunṫ fi/
lij dei a filijs dyaboli nisi caritate. qui
habent caritatē nati sunt ex deo. Hec
aug. Nam vt dr̄ cris. Omnes species
iusticie quos habent serui dei in verita
te. pn̄t habere ⁊ serui dyaboli in simu/
latione. Solam aūt caritatē spūssan/
cti non pn̄t habere. Ideo hanc priua/
tam spēm caritatis sibi seruauit spūs
sanctus. qr per nullius testimoniū sic
cognosciṫ vbi sit spūsscūs sicut ꝑ grāꝫ
caritatis. hec cris. Sine ergo caritate
etiā nulla virtus. nec aliqđ exercitiū
spūale homini ꝓdesse potest. Ideoq꜡
vt dr̄ beatus bernar. in tractatu suo de
caritate Solus amor est quem deus a
nobis exigit. etiam cum beneficijs ob
ruit. vel flagellis corripit. vel instruit.
vel mādatis astringit plenitudo legis

est caritas. ⁊ legē ꝯtinet ⁊ ꝓphetas ⁊ quicq̄d lege diuina indicit̄. vel interdicit̄ ad solū amorē reducit̄. Solue tributū amoris ⁊ dn̄o noueris satisfactū Quid eīm inquis nobis ꝓdest tanta in nostro victu ꝑcitas in habitu vilitas. ⁊ disciplina iugis austeritas patenter accipe Quedā sunt caritatis obsequia placentia. si in caritate fiant ac sine caritate nihil ꝓsunt. hec est v̄tus. in qua nec minimum opus respuit̄ sine qua nec maximū acceptat̄ nō ꝑdicatā etiā si linguis fiat angeloꝝ Non fides etiā si montes transferat nec elemosina etiam si omnes facultates meas in cibos paupeꝝ distribuā. nō corpis afflictio etiā si tradā corpus ita vt ardeat. nec missaꝝ solēnia q2 ante fratris reconciliationem munus ꝓhibet̄ offerri. hec bern̄. De hac eadē virtute ꝑ quendam sic d2. bona opa qualiacūq3 sunt tanto magis meritoria sunt. quāto vicinius ex intimis caritatis visceribꝫ ꝓcedūt Ex quo ꝯtingit ꝙ aliquis in magno ⁊ arduo ope minus meret̄ q̄ꝫ ex minore caritate facit illud. q̄ꝫ alter in modico ope q̄d facit ex amore caritatis feruēti. hec ille Ipsa etiā vt d2 beatus bern̄. Uere dulcis ⁊ suauis est. que fessos alleuat. debiles roborat. mestos letificat. iugum deniq3 veritatis facit suaue ⁊ onus leue. Caritas recte vt nos vinceret. prius deū superauit. vulnerauit impassibilem ligauit. insupabile3 traxit. incōmutabilem eternū fecit mortalē. Nulla v̄o maior dilectio. nullus amor sincerior. nullus affectus ardētior. nulla caritas sanctior q̄ꝫ ꝙ mortuus est ꝓ nobis innocēs. nihil q̄d in nobis amaret inueniens. hoc aūt totū vt dura corda nostra emolliret. ⁊ insensibiles ac emortuos affectus nostros q̄si excitando suscitaret. hec bern̄. Ois ergo caritatē habens dei non tepescit. q2 vt d2 beatus grego. in ome. Nunq̄ꝫ est ociosus amor dei. opat̄ eīm magna si ē si vero opari renuit. amor non est. ergo probatio dilectionis exhibitio est opis. hec grego. Dicit etiam de hoc beatus bern̄. O bone ihesu amor tuus nō est ociosus. qui te diligūt nō tepescūt memoria de te sup mel dulcis. meditatio tua plusq̄ꝫ cibus suauis. loqui de te plurima refectio. cogitatō de te ꝑfecta ꝯsolatio. adherere tibi vita eterna. hec bern̄. Caritas etiam si cor hominis possederit ꝺm eundem bern̄. Libertatē donat. timorē ꝑpellit. laborem non sentit. meritū non intuet̄. premiū non requirit. ⁊ tn̄ omnibꝫ plus viget. nullus error sic solicitat. nulla ꝑmia sic inuitāt. hec bern̄. Diligenda est ergo virtus caritatis. q2 vt ait basilius. Omnis qui possidet eā diues ē qua etiā quis caret pauper est. Et beatus augu. Caritas est dulcedo ⁊ salubre vinculū mentium sine qua diues pauper est. cu3 qua paup diues est. q2 dilectione dei nihil dulcius dulce verbū sed dulcius factu3. hec augu. Quisquis etiā habet caritatē vt d2 beatus grego. in quadā ome. etiam alia dona ꝑcipit. qui aūt eā nō h3. etiā que percepisse videbat̄ amittit. Et beatus aug. idem sentit dicens. Attende quanta est caritas. que si desit frustra habent̄ cetera. si assit habent̄. adde caritatē ad oīa ꝓficiunt. subtrahe caritatem ⁊ cetera nihil ꝓsunt Caritas ergo est vita virtutum. quā si abstuleris virtutes illico moriunt̄. ¶ Unde omnium diuinarū scripturaꝝ plenitudo est ⁊ plenitudo legis est dilectio dei ⁊ ꝓximi. Si non vales oēs paginas ꝑscrutari omnia secreta scripturarum penetrare. tene caritatē in qua pēdent omnia. hec aug. ¶ Debemus ergo accedere ad deum creatorem nostꝝ nō gressu pedum. sed moribus bonis

⁊ sincera dilectione. vt presentiam ip
sius in cordibus nostris habere ⁊ sen
tire valeamus ad nostram ꝯsolatõem.
Unde iterū beatus augu. Ad deum qui
vbiqꝫ pñs est. vbi totus est. non pedi-
bus licet ire sed moribꝫ. mores aũt no
stri non ex eo ꝙ quisqꝫ nouit. sed ex eo
ꝙ diligit dijudicari solent. nec faciũt
bonos vel malos mores. nisi boni vel
mali amores. Tanto aũt nobis meli-
us est. quanto magis in illum imus.
quo nihil est melius. imus vero nõ am
bulando sed amando. quem tanto ha-
bemus potiorem. quanto eundem amo
rẽ quo in eũ tẽdimus poterimus hr̄e
puriorẽ. hec au. Et raba. de eadem sic
ait. Nihil terribilius est cũctis demo
nibꝫ ꝙ cum in dei dilectõe ⁊ desiderio
estuamus. Dicit etiã de hoc beatus am
brosius. Cum mens incendio carita-
tis xp̄i estuauerit. ab eo mox oĩs mali
gni calliditas versutiaqꝫ discedit. hec
ambro. Beatus etiã grego. eandem re
cõmendando sic ait. Antiquus hostis
castitatem in nobis si sine caritate fue
rit non timet qꝛ ipse carne non premi
tur vt dissoluatur luxuria. abstinentiam
non timet qꝛ ipse cibo non vtitur qui ne
cessitate corporis non vrgetur. Distra
ctõem rerū terrenarū non timet. si eidẽ
operi caritas desit. qꝛ diuitiarū subsidi
is nec ipse eget. Ualde autẽ in nobis
caritatẽ veram. i. amorem humilẽ quẽ
nobis vicissim impendimus timet. ⁊
nimis ꝯcordie inuidet. qꝛ hanc nos te
nemus in terra. quã ipse nolens tene-
re amisit in celo. hec grego. R Et
notandũ etiam ꝙ amantibꝫ deum nul
lus labor est difficilis. non amantibꝫ
vero omnis labor qui ad spũalem vitã
pertinet grauis est. Unde dt bea. bern̄.
Ubi amor est labor non est sed sapor.
qm̄ amanti nihil est difficile. Et iterū.
Labor meus vix est vnius hore ⁊ si pl⁹
est non sentio pre amore. Dicit ⁊ bea-
tus aug. Qui amat non laborat. omis
eñ labor non amantibꝫ grauis est. so
lus amor est qui nomen difficultatis
erubescit. hec aug. Uñ amemus xp̄um
vt labor spũalis non sit difficilis. Ad
hoc hortatur beatus ihero. ita dicens Ni
hil amantibꝫ durū. nullus labor diffi-
cilis. amemus xp̄m ⁊ nos ⁊ facile vi-
debitur omne difficile. breuia putabi-
mus vniuersa que longa sunt ⁊ iaculo
illius vulnerari dicemus heu me qꝛ in
colatus meus prolongatus est. hec ihe
ro. Si quis ergo vt iterū dt beatus ber-
nar. gustu caritatis inebriatus fuerit.
ad omne opus bonũ hilarescit. Labo
rat ⁊ non lacescit. dolet ⁊ non sentit. de
ridetur ⁊ non aduertit. O iugũ amoris
xp̄i ꝙ dulciter capis. ꝙ gloriose illa-
queas. ꝙ fortiter stringis. ꝙ suauiter
premis ꝙ delectabiliter annexas. hec
ber. Dicit etiã ad hoc beatus aug. Om
nia grauia ⁊ immania facilia ⁊ ꝓpe nul
la facit amor. hec ille. S Qui er
go vt dt origenes pfecte diligit. nihil
est qđ non toleret. Plura ergo nõ tole
ramus certe ob hoc qꝛ caritatẽ que om
nia tolerat nõ habemus. qꝛ si non feri
mus aliqua patienter idcirco est qꝛ ca
ritas nobis que oĩa patitur deest. In lu-
ctamine quoqꝫ qđ est nobis aduersus
demones eo frequẽter cadimus nõ dubi-
um quin ab hoc ꝙ nõ est in nobis cari
tas illa que nunqꝫ excidit. hec origeñ.
Ideoqꝫ vt ait bea. bern̄. Uult ꝯditor nr̄
alto quidem ꝯsilio sed salubri hoĩem
tribulationibꝫ exerceri. vt dũ defece-
rit homo ⁊ subuenerit deus deus ab ho
mine veneretur ⁊ per ꝯsequens ametur.
Et beatus greg. Studet omnipotẽs de
us ignẽ sue caritatis apparenter extin
guere ꝑ aduersa. vt tam felici facta in
terpellatõe validius quis accendatur in
dei dilectione ⁊ amore. hec gregorius

Item de commendatione caritatis dicit origenes super canticum. Nomen quippe caritatis tantum extollitur. vt etiam ipse deus caritas appellatur. sicut dicit iohannes Deus caritas est in quo ostendit et ipsum deum caritatem esse. In quo ergo caritas est que deus est nihil terrenum nihil materiale nihil corruptibile diligit. Contrarium namque est ei corruptibile aliquid diligere cum ipsa sit fons incorruptionis. ipsa enim sola est que habet immortalitatem Si quidem deus caritas est et inhabitat lucem inaccessibilem. quid autem aliud immortalitas nisi vita eterna est quam daturum se promisit deus credentibus in ipsum solum verum deum et quem misit ihesum christum filium eius. Ergo in primis et ante omnia hoc amabile et placitum dicitur esse deo. vt diligat quis dominum deum suum ex toto corde suo ex tota anima sua et ex totis viribus suisque deus caritas est et filius dei. Qui ex deo est caritas est sui simile aliquid requirit in nobis vt per caritatem que est in christo ihesu qui est caritas vel in cognita quadam per caritatis nomen affinitate satiemur sicut et ille qui iam coniunctus erat eidem. cum dicebat quis nos separabit a caritate christi. hec origenes.

¶ Hoc etiam priuilegium sola caritas habet vt deus dicatur et sit. Non enim dicitur deus humilitas est. deus paciencia est etc. sed dicitur. deus caritas est. Unde sancti viri totam substantiam suam tradiderunt et omnes delectationes carnis ac omnes iocunditates inordinatas contempserunt vt hanc virtutem compararent et eam possiderent. De hac nobilissima virtute caritatis sic inter cetera dicit hugo. O caritas si scirem quantum valeres. precium apprehenderem me pro te. sed forte excedis angustias meas. nec inuenire potero precium tuum penes me. dabo tamen quod habeo et totum quod habeo tota domus mee substantia pro te commutabo. et cum totum dedero totum quasi nihil iam reputabo. omnes delectationes carnis mee omnes iocunditates cordis mei propter te libenter impenderem. vt te solam possidere valeam Tu sola mihi carior. tu sola vtilior. tu sola suauior. tu sola iocundior amplius delectans habundantius satians tutius saluans felicius conseruans. O caritas nescio si forte maius sit te deum dicere an deum te superasse quod si maius est etiam hoc libenter et fiducialiter de te dicam deus caritas est nunquid parum est deum in se manentem habere et caritatem possidere. hoc priuilegium sola habet caritas vt deus dicatur et sit. Non enim dicitur deus humilitas est aut patientia quare cum omnis virtus dei donum sit nullam preter solam caritatem hoc habet. vt non solum donum dei sed et deus dici possit. Reliqua igitur gratiarum dona largitur deus eciam his quos reprobat. solam autem caritatem quasi seipsum his tantum quos diligit in premium seruat Caritas igitur est fons proprius. de quo non communicat alienus quare quicunque illam habet non iam alienus est a deo. Hec hugo. Et ideo dicit beatus bernardus concludendo Deus caritas est quid preciosius. Et qui manet in caritate in deo manet. quid securius. Et deus in eo quid iocundius Hanc ergo toto cordis desiderio concupiscamus et diligenti studio requiramus vt inuenire ipsam et possidere valeamus ad nostram animarum salutem.

Quomodo inter duodecim fructus ab apostolo enumeratos charitas primatum tenet et de eius multiplici virtute et ceteris per ordinem.

Capitulum .IX.

SEd nec hoc pre
tereundũ est ꝙ apl's ponit .xij.
fructus spũs inter quos primatũ tenꝫ
caritas. De quibꝫ fructibꝫ ipse dr̃ ad
Galath.v. Fructus aũt spũs est cari-
tas. gaudium ⁊c̃. Circa ergo varieta
tem istoꝝ fructuum est notandũ ꝙ ca-
ritas inter ipsos precedit tanꝙ caput
virtutuꝫ. Unde dr̃ beatus hiero. Que
alia vtus inter fructus spũs habere de-
buit primatũ nisi caritas sine qua alie
virtutes non reputant̃ virtutes esse. ⁊
ex qua nascunt̃ omnia bona. Caritas
ergo est primus. Lignũ vero vite est ip
sa vita spũalis que regnum dei per gra
tiam in se ꝯtinet. iuxta illud Luc̃. xvij.
Regnum dei intra vos est. Fructus au
tem caritatis multiplicem hꝫ virtutẽ.
maxime ꝙ ipsa sanet omnem infirmi
tatem spũalem. Qui enim caritatem
non habet huic non sapiunt virtutes.
quasi infirmo. sed caritas est dispositõ
gustus spũalis. habenti enim caritatẽ
sapiunt res ꝓut sapere debent. Est em̃
caritas amor ordinatus quo preciosa
habent̃ que vere preciosa sunt ⁊ diligũ
tur. vt sunt virtutes ⁊ res spũales. ⁊
vilia respuunt̃ que vere vilia sunt. s. tẽ
poralia ⁊ carnalia Hec itaqꝫ virtus sa
nat languorem qui ꝓpter peccatuꝫ ani-
me est inflictus. Unde petrus in cano
ni. sua. j. Caritas operit multitudineꝫ
peccatorũ. Operire peccata est facere
quasi nunꝙ peccata fuerunt. Nam vt
dr̃ beatus ber. Plene ⁊ misericorditer
remittit deus. non damnat vlciscẽdo.
nec ꝯfundit improperãdo. nec minus
amat imputando. sic fructus iste sanat
omnes infirmitates spũales quasi nũ-
ꝙ fuissent X Secundus fructus
spũs est gaudium. qui est dulcissimus
Ecci. xxx. Non est oblectamentũ sup
cordis gaudium. In tribꝫ aũt excedit
gaudium cordis moduꝫ carnalis gau
dij. Primo in ꝯtinuitate. homo enim
carnalis non sedet sp̃ ad mensam cor
poralem. sed secura mens q̃si iuge con
uiuium ꝓut dr̃ ꝓuer. xv. Scd̃o in hoc
ꝙ gulosus multas hꝫ amaritudĩes an
nexas gaudio suo. vt est afflictio ex di
latione diuitiaꝝ quas vehementer ap-
petit ⁊ defectũ quem in eis que sibi ap
ponunt̃ inuenit. Unde dicit aug. Ubi
cunqꝫ caro querit refectionem inuenit
defectionem. preterea excedit modVꝫ
in sumendo delectabilia. vnde ledit cõ
scientiam ⁊ corporis naturam. Tercõ
in hoc ꝙ gaudiũ cordis est tm̃ de mag-
nis bonis ⁊ veris. Unde dr̃ glo. sup il
lud verbum. fructus spũs est caritas.
gaudiũ. i. non est gaudenduꝫ de his q̃
indigna sunt gaudio. innuens gaudi-
um spũale de his de quibꝫ est dignum
gaudere. Et notandũ ꝙ gaudium spũ
ale facit hominem de diabolo triũpha
re. Unde augu. Unica ratio vincendi
inimicum est leticia spũalis. qñ enim
dyabolus videt in aliquo gaudiũ spũ
ale multũ displicet ei. qꝛ scit adesse de
um. Unde. j. Reg. iiij. dixerunt phili
stei qui tenent figuram demonum. Ue
nit dñs in castra. ve nobis. non em̃ fu-
it tanta exultatio heri ⁊ nudiustercius
A Sequit̃ de tercio fructu. scꝫ de
pace. quem ꝯstat preciosissimũ ex hoc
ꝙ filius dei voluit eũ ita freq̃ñr esse in
ore suo. Unde ipse dr̃ Johannis. xiiij
Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meam do
vobis. Voluit etiam vt apl'i hunc fru
ctum haberent in ore suo cũ dixit Ma
thē. xx. Intrantes domũ primũ dicite
pax huic domui. Fructus iste. s. pacis
hꝫ triplicẽ virtutẽ. Primo filio dei as
similat. Mathe. v. Beati pacifici. qm̃
filij dei vocabunt̃. filij inqꝫ p imitatorꝫ.
Tale officiũ hñt in terra q̃le filius dei
pacificauit em̃ nos deo patri. Secũdo

fructus pacis locū p̄pat deo Un̄ ps. In pace factus est locus eius. Stude ergo vt tu fructū istū deo apponas pacē di/ligendo. ⁊ habebis deū ad ꝯuiuiū tuū. Nā paulus dr̄ pacē habete ⁊ deus pa/cis ⁊ dilectionis erit vobiscū. Tercius fructus pacis eternā pacē donat Ysaie Erit sabbatū ex sabbato. Qui enim in hac vita pacē diligunt ⁊ hn̄t. in futu/ro seculo eā possidebunt ineternū. Un̄ ysaie. xxxij. Sedebit pp̄ls meus in pul/critudine pacis in tabernaculis fidu/cie ⁊ in requie opulēta. B Quartus fructus sp̄ūs est pacīa quo fructu nul/lus videt̄ magis esse nccārius in hac valle miserie. vbi inter tot mala sum⁹ hic fructus fortis est cib⁹ ⁊ duriciā hȝ in cortice. ⁊ sub illa duricia latet mag/na dulcedo. q2 deus tribulatos ꝯsolat̄ in p̄ñti. ip̄a etiaȝ tribulatio est via ad eternā dulcedinem. Un̄ ad hebre. xij. Ois disciplina in p̄ñti videt̄ quidem nō esse gaudij sed memoris. postea aūt fructū pacatissimū exercitatis reddet ꝑeā iusticie. cuius fructus facit hoīeȝ valde fortē. nam ꝓut dr̄ ꝓuerbi. Me/lior est patiens viro forti ⁊ qui dn̄atur aīo suo expugnatore vrbiū. Sine du/bio maior virtus est in patiendo mala q̄ȝ in agendo fortia. ⁊ iō melior est pa/tiens viro forti. Unđ ⁊ sene. dr̄ magni aīmi est iniurias in summa pacīa pati ⁊ nobilior triūphus est ⁊ vtilior victo/ria suip̄ius q̄ȝ expugnatio vrbiuȝ. qui em̄ seipsum vincit nō solū vrbē sed reg/nū celoꝝ capit. Un̄ math. xj. Regnuȝ celoꝝ vim patit̄ ⁊ violenti rapiūt illđ. nā patiens literas hȝ patentes in euā/gilio ꝙ regnuȝ celoꝝ ip̄oꝝ est. dicente Math. v. Beati qui ꝑsecutōem patiū/tur ꝓpter iusticiā qm̄ ip̄oꝝ est regnū ce/loꝝ. C Quintus fructus sp̄ūs est longanimitas ⁊ ꝯsistit in sustinendo ⁊ expectando deū. Un̄ ps Expecta dn̄m viriliter age. ꝯfor. cor tuū ⁊ sust. dn̄m Debemus em̄ deum expectare ⁊ susti/nere. q2 non fallit sustinentes se. Unđ ps. Uniuersi qui te expectant. nō con/fundent̄ Non em̄ derelinquit sꝑātes in se. ⁊ si nō accipit quis qđ petit. dif/fert̄ non aufert̄. Un̄ dr̄ beatus grego. Nemo qui tardus audit̄ a superna cu/ria negligit̄. nā electis sepe negat̄ qđ petunt. vt afflictione ⁊ expectatione ⁊ purgati digni sint illud accipere. habet aūt fructus iste triplicē v̄tutē Primo in hoc ꝙ hoīem fidelem reddit deo. so/li namq̄ȝ longanimes deum in tribula/tione non deserunt. ⁊ ideo merito au/dituri sunt a domino illud dulce verbū Uos estis qui ꝑmansistis mecū in tem/ptationib⁹ meis. ⁊ ego dispono vobis regnum. Secundo cum omnes virtu/tes mereant̄. hec vero virtus mercedē recipit. currunt alie ⁊ hec apprehendit Un̄. j. ad chor. ix. Omnes quideȝ cur/runt sed vnus accipit brauium. s. lon/ganimis. longanimitas em̄ siue perse/uerantia est singularis filia summi re/gis. q2 heres regni celestis. Tercio co/ronam vite eterne augmentat. Unde ecclesiast. xj. Coniūgere deo ⁊ sustine. vt crescat in nouissimo vita tua. D Sextus fructus sp̄ūs est bonitas ⁊ dr̄ bonitas animi dulcedo ꝯm glo. qui fru/ctus p̄ciosus est. q2 nō solum dulcis sed ipsa dulcedo que tanta est. ꝙ oēm amaritudinem huius mundi homini dulcorat. Quid non illa dulcedo. que mortem quoq̄ȝ facit dulcissimā. vt pa/tet in sanctis martirib⁹. qui mortem passi sunt pro domino. Et que aduersi/tas resistere potest vnctioni. quam spi/ritussanctus operat̄ in cordib⁹. huius fructus figuram videt̄ habere manna quod erat in archa testamenti cum vir/ga aaron ⁊ tabulis. in virga intelligit̄ correctio. in tabulis discretio. in man

na dulcedo. que tria maxime debẽt ha bere prelati. virgam vic3 correctionis cum discretione tñ ꝛ dulcedine. vt eo rum subditi eo melius possint ꝓficere in bonis moribꝫ ꝛ animaꝝ salute.

E Septimus est benignitas siue li beralitas. Istũ fructum p3 esse precio sum ex hoc. qꝛ pertinet ad personas no biles. Auaricia enim est seruiliu3. sed largitas nobilium. Quanto aute3 ali quis benignior ꝛ liberalior. tanto nobi lior. vnde videmus solem ꝛ alia corpo ra celestia que sunt nobiliora liberali⁹ cõicare bona sua Hic aũt fructus qua druplicem h3 virtutẽ. Prima est ꝙ fa cit hoĩem amari. ꝛ intantu3 efficax ꝙ inimicos facit amicos Unde ꝓuerbi. .xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit da illi aquam bibere. pru nas enim ꝯgregabis sup caput eius .i. accendes eum ad diligendũ. Secũdo facit hoĩem honorari. ꝓuerb. xxij. Ui ctoriam ꝛ honorẽ acquirit qui dat mu nera. Tercio deo assimilat. qui libera lissimus est. Unñ iaco. j. Deus dat om nibꝫ affluenter ꝛ ñ improꝑat Et sene. Qui dat beneficia deũ imitaꝛ. Specia liter namqꝫ deum imitaꝛ homo miseri cors. Quarto hoĩem ad bonum fine3 perducit. Unde ihero. Non memini me vidisse male mortuum qui liberalẽ ante duxit vitam F Octauus fru ctus spũs est mansuetudo qui ꝑciosus est ꝛ delicatus. Unde ps. Mansueti aũt hereditabunt terrã. in quo innuiꝛ preciositas vt ꝓ mansuetudĩe terra ꝓ missionis habeaꝛ. Iste aũt fructus ha bet tres virtutes. Prima est. qꝛ ꝯsuat hoĩem in statu virtutũ. Ecci. x. Fili in mansuetudine ꝯserua animam tuam. Hoĩes immansueti sp. i. freqñt fran gunꝛ per impatientiã vel igne ire accẽ dunꝛ. mansueti in statu virtutũ ꝯser uanꝛ. Scđo amorem ꝛ grãm hominũ ꝯparat. Ecci. iij. Fili in mansuetudĩe opera tua ꝑfice. ꝛ super gloriam hoĩm diligeris. Et de moyse dꝛ eccl'iaſ. xlv. Dilectus a deo ꝛ hominibꝫ. Cuius cã tangiꝛ Nume. xij. vbi dꝛ ꝙ moyses e rat mitissimus hoĩm qui morabatur ĩ terra. Tercio eternã salutem tribuit. iuxta illud ps. Cũ exurgeret in iudici um deus vt saluos faceret omnes mã suetos terre. G Nonus fructus spũs est fides. quem p3 esse preciosu3 ex hoc ꝙ dñs talem fructum valde di ligit. Ecci. j. Beneplacitum est deo fi des ꝛ mansuetudo. Habet quoqꝫ ide3 fructus quatuor virtutes. Prima est. qꝛ hominẽ facit laudari. ꝓuer. xxviij. Uir fidelis multum laudabiꝛ. Scđo facit exaltari. Mat. xxiij. Quis putas est fidelis seruus quem ꝯstituet dñs su per familiã suam. Tercio facit hoĩem multum amari deo ꝛ dñis terrenis Ec cle. xxx. Si tibi est seruus fidelis sit ti bi quasi anima tua ꝛ quasi fratrem tuũ tracta illum Quarto facit coronari ho minem. Math. xxiiij. Quia sup pau ca fuisti fidelis super multa te ꝯstituã. intra in gaudium domini tui. H Decimus fructus spũs est modestia. qui ideo dulcis est ꝛ preciosus. qꝛ val de rutilat. ad Phil'. iiij. Modestia vr̃a nota fit omnibꝫ. i. rationabilis ꝯuersa tio dicit glo. Hanc vult apostolus no tam eẽ hoĩbus vt odore eius si mortui sint viuificenꝛ. si vero viui ꝯfortentur. Et habet fructus iste quadruplicẽ vir tutem. Prima. qꝛ vitam hoĩs ꝯseruat tam spũalem ꝙ corpalem. Unde sen. Mediocria \ vtiliora ꝙ que sunt ni mia. eo ꝙ supflua noceant. sic segete3 nimiam frangit vbertas. sic ꝛ rami o nere frangunꝛ. Scđo vitam iocundã facit. sicut nimietas iniocundã. Unde boe. Paucis minimisqꝫ natura ꝯtenta ẽ Cuius satietatẽ si supfluis velis vrge

re. aut iniocundū fiet qd̄ infundis aut
noxium. Tercio deo assimilat. qui in
mensura numero ⁊ pondere oīa dispo
nit vt d̄r sapiē. xj. Quarto hoīem facit
sufficientē sicut ecōtrario ꝓdigalitas
facit hoīem non indigentē. Vn̄ sene.
Pecuniā magnā hꝫ qui ꝯfidit si aua-
rus est nō hꝫ. si ꝓdigus est nō habebit.
I Undecimus fructus est ꝯtinentia.
quē fructū patet esse preciosum ex illo
ṽbo ecc̄. xxvij. Non est ꝯdigna ponde-
ratio ꝯtinentis aīe. Huius etiā fruct⁹
quadruplex est ṽtus. Prima est q2 vi
tam ꝓlongat. Sene. potest illa ꝓuidē-
tia longiorem ꝓrogare huic corpuscu
lo mortem. si voluptates quibꝫ maior
ꝑs eius subdit̄ poterit regere ⁊ cohērce
re ⁊ ecc̄. xxxviij. Qui abstinens est ad-
ĳciet vitā. Scd̄o ad iocūditatē prepa
rat spūalem. iuxta illud ꝑs. Rennuit
ꝯsolari aīa mea. memor fui dei. ⁊ dele
ctatus sū ⁊ exercitatus Et beatus ber.
Delicata est ꝯsolatio diuina ⁊ non da
bit̄ admittentibꝫ alienā. Dn̄s em̄ ꝑ se
vult facere bonos ⁊ potare sobrios.
Tercio deum ⁊ angelos letificat Vn̄
gen̄. xj. legit̄ ꝙ abraham fecit grāde
ꝯuiuiū in die ablactatōis fi'ĳ sui. Sic
⁊ deus gaudet cū aliquis e filĳs suis
sepat̄ a lacte tꝑalis ꝯsolationis Dicit
etiā de hoc tullius. si cibis ⁊ potibꝫ vte
remur ꝑce. ⁊ nos imaculatos custodi
remus. fruem̄ ꝯsortio ⁊ affabilitate de
orū. i. āgelorꝫ. Quarta a pessimo hoste
quē habemus nos custodit. s. a volupta
te. hec est que corpus morte tꝑali ⁊ post
morte eterna corpus ⁊ aīam interficit
Vn̄ sene. Voluptates inter oēs res vi
lissimas ꝯcipue extirpat in hoc vt strā
gulet. K Duodecimus ⁊ vltimus
fructus spūs est caritas. quē sit̄ ꝑcio-
sum esse patet ex hoc ꝙ ad sponsas re-
gis celestis ꝑtinet. Iste quoqꝫ fructus
habet quadruplicē virtutem. Prima
q2 facit aīam esse mirabilis pulcritu-
dinis. sapiē. iiij. O q̄ꝫ pulcra est casta
generatio cū caritate. Scd̄o āgelis as
similat. de quo d̄r beatus bernar. Quid
castitate decorius. que hoīem facit an
gelum. Differūt inter se pudicus ho-
mo ⁊ angelus sed felicitate nō virtute
sed angeli castitas felicior. hoīs tn̄ for
tior esse cognoscit̄. Tercio ad modū
balsami a spūali corruptiōe hoīem cō
seruat Vn̄ beatus bern̄. Castitas instar
balsami odoriferi quo ꝯdita cadauera
incorrupta seruant̄. sensus ⁊ actus ꝯti
net ⁊ ꝯstringit Quarto in stabilitatē
glorie hoīem quodāmodo ponit Vn̄d
iterū beatus bern̄. Castitas sola in hoc
mortalitatis loco ⁊ tꝑe statū quendā
immortalitatis glorie repn̄tat. Per
hos igit̄. xij. fructus spūs. vnusquisqꝫ
aīam suā impugnare studeat in illis se
exercendo vt alimoniam eterne glorie
post hanc vitā a dn̄o ꝑcipere mereat̄.

Filius

Accepta itaqꝫ informatōe de effe
ctibꝫ caritatis atqꝫ. xij. spūs fru-
ctibꝫ. Nunc qūo sit deus diligendus
de hoc cupio edoceri.

Ca. .X. Pater L

Scire debes pri
mo ꝙ pius ⁊ misericors deus
a nobis vult amari. q2 ip̄e amat nos ⁊
prior dilexit nos. Debemus ergo vi-
cem rependere in amando. vt ipsum
feliciter possidere valeamus Unde be
atus bern̄. Cum amat deus nihil aliud
vult q̄ꝫ amari. Certissime ob aliud nō
amat. nisi vt amet̄ sciens ip̄os amore
beatos. qui se amauerint. merito ergo
ceteris renuncians affectionibꝫ fide-
lis aīa tota eius incumbit amori. q2
summum ⁊ verum bonum deus est. so-
lus ille feliciter amatur ⁊ tanto felici-
us. quanto amplius. hec bern̄. Iubet

ergo dominus se amari. ne miseriam q extra eius amantē est incurramus. Unde beatus augu. Quid tibi sum bone iesu vt amari te iubeas et precipias et nisi faciam irasceris et mineris mihi ingentes miserias. hec augustinus. Igitur vt dicit beatus berna. exigit deus honorari vt pater. timeri vt dominus. amari vt sponsus. Amor vero reuerentiam nescit. ab amando quippe amor. non ab honorando denominatur. hec bernar. ¶ Et notandū q propter tria beneficia nobis a deo impensa ipē summe est diligendus. hoc est propter creationem. propter recreatōem et redemptionem. et propter peccati dimissionē. Primo propter creatōem. q2 ipse fecit nos et non ipsi nos. Secundo propter redēptionem. q2 sua amara passione et morte redemit nos Pro tantis igitur beneficijs a nobis amari ds meruit. De hoc beatus bernar. in libro de diligendo deum atq3 alibi sic ait. Quid si me totum debeo pro me facto et refecto. hoc mō nō eni tam facile refectus q3 factus. Siquidem de me non solū. sed de omni qd factum est scriptū est. dixit et fcā sunt. At vero qui me tantum et semel fecit. in reficiēdo profecto et dixit multa et gessit mira. et pertulit dura. nec tm dura. sed etiam indigna. Quid ergo retribuam domino pro omnib9 que retribuit mihi. In primo opere me mihi dedit. in secundo se. et vbi se dedit me mihi reddidit. Datus est ergo et redditus pro me. debeo me et bis debeo. quid deo tribuam pro se. nā et si me milies rependere possem. quid sum ego ad deū. Hic primo videquō. imo q sine modo a nobis amari deus meruit q prior dilexit nos tantus et tantū et gratis tantillos et tales. Modus ergo diligendi deum est sine modo diligere. Deniq3 dilectō que tendit in deū tendat in immensum. tendat in infinitum. nam et infinitus est deus et immensus. quis nam queso finis debeat esse nostri vel modus amoris. sed vicē rependimus cū mensura. Diligā ergo te pro dono tuo et modo tuo minus quidē iusto. sed plane pro posse. qui et si quantū debeo non possum vltra q3 possum. potero vero plus cū donare pl9 dignaberis. nunq3 tantū pro ut dignus haberis. Imperfectū meum viderunt oculi tui. sed tn in libro tuo scribentur qui qd possunt faciunt. et si quod debēt non possunt. hec bern. ¶ Amandus igitur deus est a nobis valde non solum q2 nos creauit. sed etiam q2 nos redemit. Deuota namq3 corda multū alliciuntur ad xpi amorem propter illius amare passionis recordatōem. Vn iterum beatus bern. Valde mihi omnino amandus est per quem sum. viuo et sapio. Dignus plane est morte. qui tibi dn̄e ihesu xpē viuere recusat. et mortu9 et qui tibi non sapit desipit. et qui curat esse non propter te pro nihilo est et nihil est. propter temetipsum deus fecisti oīa. et qui vult esse sibi et non tibi nihil esse incipit inter omnia. Pro his ergo ita sum amans te quantum possum. sed ē quod me plus mouet et plus accendit super omnia inquā reddit te amabilē mihi ihesu bone calix quem bibisti opus redemptionis nostre. hoc omnino amorē nostrum facile vendicat totū sibi. hoc est quod nostram deuotōnem et blandius allicit et iustius exigit. et artius astringit. et afficit vehementius. hec bernardus. Tercio diligendus est deus propter peccati dimissionem. quia nihil potest peccator dignius rependere deo pro peccato nisi dilectōem. Reddat ergo amorem pro suo debito. et cui plus dimittitur amplius diligere debet. Vnd beatus ambrosius. Quoniam nihil est quod digne deo referre possumus pro

peccato nisi dilectionem. reddamus amorem pro debito. amplius vo diligere debet. cui amplius donat. hec amb. Et sciendum quod quicunque deum amat. ille amat a deo. quomodo enim non reamabit se diligentes. quos amauit. et nondum amantes Dedit namque nobis duplex pignus spiritumsanctum et fidelem testem ie sum xpm et hunc crucifixum. Ista commemorat beatus bernar. in quadam auctoritate sic dicens Nemo se amari diffidat Qui iam amat bene et libenter dei amor nostrum quem preuenit et subsequitur. nam quomodo reamare pigebit. quos amauit nondum amantes. habes enim dilectionis pignus spiritumsanctum. habes et fidelem testem ihesum xpm et hunc crucifixum. O geminum ipsum quod firmissimum erga nos dei amoris argumentum. xpus moritur et meretur amari spiritussanctus afficit. et facit amare Ille facit cur ametur. iste vt ametur. ille multam suam dilectionem commendat in nobis. iste dat. in illo cernimus quod amamus. ab isto sumimus vnde amemus Caritas igitur ab illo. occasio ex isto et affectio Quanta confusio dei filium oculis ingratis cernere morientem quod quidem facile contingit si desit spiritus Nunc autem quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Amati amamus amantes amplius meremur amari. Cum ergo teneamus geminum nostre salutis indicium. neutra sine altera prodest. nam nec spiritus datur nisi credentibus in crucifixum. nec fides valet si non operatur ex dilectione Dilectio autem donum spiritussancti. hec bern. Debet ergo quilibet religiosus deum diligere. vt viceuersa diligatur a deo. nam ipse dicit ego diligentes me diligo. Unde dicit honorius super can. Non est aliquid quod mentem faciat deo cariorem. quam si in ipso intime delectetur. et hoc fit per validam caritatem Qui vo deum diligit dilectionem non perdit sed mutat in melius. De hoc dicit beatus bern. Si diligimus deum. delectationes non perdimus. sed mutamur a corpore ad animam. a sensibus ad consciam. hec bernar. Qui ergo xpi amore inebriatus fuit. extraneas delicias et illicitas delectationes non querit. Quod probat idem beatus bern. dicens. O xpi dulcis amor. felix ille quem semel tu inebrias hic nouit quid sapias. hic nullas extra te vnquam querit delicias. hec ille. Et iterum dicit idem. Quanto quis plus diligit plus presumit. que duo quanto in homine fuerint fortiora tanto fiduciam erigent fortiorem Hec bern. Deinde notandum. prout dicit beatus augu. quod deus vult se gratis coli. gratis vult se diligi. hoc est caste amari. non propter hoc illum ama. quia dat quid preter se. sed quia dat se. hec aug. Idcirco vt hortatur idem beatus aug. super verbis apostoli vnusquisque intus se aspiciat. et probet se in omnibus factis suis et bonis operibus que facit cum caritate non expectans retributionem temporalem. sed promissum dei. faciem dei Omnino enim me non satiaret deus nisi promitteret mihi seipsum deum. Quid est celum terra mare sol sidera exercitus angelorum omnium istorum creatorem scio. ipsum esurio. ipsi dico quoniam apud te est fons vite. Qui respondit ego sum panis viuus. qui de celo descendi. esuriat et siciat peregrinatio mea vt facietur presentia tua arridet mundus multis rebus pulcris. variis fortibus pulcrior est ille. qui fecit. fortior clarior et suauior est. ille qui fecit Saciabor cum apparuerit et manifestabitur gloria eius. hec augu. Debemus ergo castum amorem erga ipsum creatorem habere. ipsum solum diligendo. Quod probat glo. in libro de celesti ierarchia sic dicens. Castum habet amorem. qui deum gratis amat id est non quia dat aliud preter se sed quod dat se. Deus enim propter se

solū amandus est non ꝓpter aliud. omnia enī que amant̄ ꝓpter eū sunt amanda. talis quippe dilectio casta est. nam spūaliter fornicari est frigescēte caritate deū minus diligere. ⁊ aliud plus ꝙ oportet amare. sic enī elongat̄ ⁊ recedit̄ ab eo. De qua fornicatōne scriptū est. Qui elongant se a te peribūt. ꝑdisti omnes qui fornicant̄ abs te. Ubi ⁊ de hac castitate subdit̄ Mihi aūt adherere deo bonū est. hec glo. Etiam vt ait augu. Non est castū cor si deum ad mercedem diligit. Et subdit. Noli extra eū aliquid ab eo querere. ipse tibi sufficit. quantūlibet sis auarus sufficit tibi ds. hec aug. Istud summū bonū deū videlicet idem aug. sup omnia desiderabat habere cū dixit Quicquid mihi dare vult dñs deus meus auferat totum ⁊ se mihi det. Quicquid enim mihi ꝓter illum est. dulce nō est. vilescat ergo totum qđ preter deū est. hec aug. Non solum aūt debemus a rebꝫ transitoriis affectum nostꝝ abstrahere. verū etiā ꝫ nec nosipsos diligere debemus vt xp̄m possimus lucrifacere. De quo glo. in libro de celesti ierarchia sic dt Causa ꝑditōnis humane ꝓprius amor est. Amor inquam ꝓprius inimicus est Nescio enī quo inexplicabili mō quisquis seipsum non deū amat. ipse se nō amat. Qui enī non potest viuere de se. morit̄ vtiqꝫ amando se. non ergo se amat. qui ne viuat se amat. Cum enī diligit̄ ille a quo viuit̄. non solum se diligendo magis diligit. qui ꝓpterea nō se diligit vt eum diligat a quo viuit. hec glo. Quisquis etiam locum tutū ⁊ quietem anime sue desiderat inuenire. deum studeat diligere. nam quicquid boni in creaturis est sparsuꝫ. in deo inuenit̄ collectum. ergo deum per caritateꝫ diligamus. possideamus. ⁊ in ip̄o habebimus quicquid sancte desideram⁹.

De hoc beatus Aug. sic dt. In omnibꝫ que mente ꝑcurro non inuenio tutum locū anime mee ⁊ quietū preter deum in quo colligunt̄ sparsa mea. qr quicquid boni in creaturis est sp̄sum in eterno bono inuenit̄ collectuꝫ. Unde si in hoc seculo aliquid possidere delectat. deū qui possidet omīa expedita mente possideamus. ⁊ in ipso habebimus quicquid feliciter ⁊ scē desideramus. Hec aug. Etiā dt in alio loco Solus deus sine molestia amat̄. ⁊ cum iocūditate amplectit̄. cum securitate desiderat̄. quē quanto quis ardētius amat. tāto melior efficit̄. ⁊ q̄to nunc amor dī feruentior. tanto eius visio erit suauior. ⁊ q̄to nunc ardentius desideramus. tanto eū clarius intuebimur. Etiam q̄ amat non laborat. Uis enī nō sentire laborē cogita mercedē. quicquid difficile est in preceptis. leue est amanti. Si enī cū auaris tāta ꝑeat cupiditas nobiscū. quare non ꝑeat caritas. Et q̄ id solum diligit qđ amanti auferri nō potest. ille indubitāter inuictus est. Amore igit̄ eius ab amore seculi migremus. amore sursum habitemus. Hec aug. Diligamus ergo virtutem caritatis. qr qui caritatē habet deum habet ⁊ possidet. Unde dt hugo. Qui caritatem hꝫ deum hꝫ. deum possidet. in dō manet. O bona caritas per quam deū diligimus. deū eligimus. ad deū currimus. ad deū peruenimus. hec hugo. Qui ergo vt dt beatus greg. mente integra deum desiderat. ꝑfecto iam habet quē desiderat. nec enī posset quisꝙ deū diligere si hunc quē diligit nō haberet. hec grego. Qui vero deum ꝑ quē omnia facta sunt in cordis hospitio cōtinet. ꝑculdubio cum ipso omnia habet. Unde beatus augu. Si desideras omnia possidere. non per auariciā. sed per pietatē hec quere. si enī ita quesie-

ris possidebis. tenebis eñ eū. ꝑ quem oīa facta sunt ⁊ cū ipo oīa possidebis. hec aug. Et notandum ꝓut dt hugo ꝙ verum bonū nūꝙ̄ diligi potest nisi dū habet. nec haberi potest nisi cū diligit Bona ista que foris sunt. sepe amant cū non habent nōnunꝙ̄ despiciūt. nō tale est bonū. qd est deus si amet habet si diligit gustatur presens dilectio. hec hugo. ¶ Considerandum etiaꝫ ꝙ deus diligi debet ex toto corde ⁊ ex tota anima ⁊ ex tota mente sup quo dt basilius Quod dr ex toto in cetera nō recipit sectionem. nam quantum cūꝙ̄ dilectionis in infimis expenderis. hoc tibi necessario a toto deficiet Sicut eñ in vase aliquo pleno liquore inquātuꝫ emanat foras intm̄ est necesse plenitudini derogari. sic ⁊ aīa in quantū emanauerit ab ipius dilectione ad illicita intantū minui necesse est amorem ad deum. hec ille. Vñ ꝯm theophilū. oportet nos oēm virtutem aīe amori diuino subiicere ⁊ hoc viriliter ⁊ non remisse. ꝓpter hoc eñ precipimur deum ex toto corde ⁊ ex tota anima ⁊ ex tota mente diligere. vt cogitationes nostras ⁊ vitam nostrā ⁊ oēm intellectuꝫ in illum trāsferamus ac ipo fruamur Qd affirmat. beatus aug. dicens Deum ex toto corde diligere ꝑcipieris vt oēs cogitationes tuas. ex tota aīma tua. vt omnem vitā tuā ex tota mente tua. vt omnem intellectū tuū in illum transferas. a quo habes ea que ꝯfers. Nullaꝫ ergo vite nostre ꝑtem reliquit que vacare debeat. ⁊ quasi locuꝫ dare. vt alia re frui velit. sed quicquid aliud diligēdum venerit in animum. illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit Tunc est eñ optimus homo cū tota vita sua pergit in incommutabile bonuꝫ Hec aug. Hoc ideꝫ verbum euangelicum. s. Diliges dominū deum tuū. sic exponit crisosto. Quid est deum diligere ex toto corde. vt cor tuum non sit inclinatum ad vllius rei dilectionē amplius ꝙ̄ dei. non in honoribus. non in auro vel argēto. nō in possessionibus aut vineis. aut ornamentis. aut vestibus. ⁊ in ceteris rebus sed hec oīa existīes tibi esse in deo. vt ꝑ his oibus deum ames. Si aūt in aliquo hoꝝ amor cordis tui fuerit occupatus. iā ex toto corde non amas deum. ꝑ quanta aūt ꝑte cor tuū fuerit ad aliꝙ̄ rem. ꝑ tāta ꝑte minus est ad deum. Unde omnis aīa cristiana ad deū que sponsa est xpi ita debet diligere deum. vt nihil in mūdo sit. qd amplius amet ꝙ̄ deū. Quid est in tota anima diligere deum. id est certissimum animum habere in veritate ⁊ firmum esse in fide. Quid est in tota mente diligere deum. id est vt omnes sensus tui. qui pertinent ad mentē deo vacent. Cuius intellectus deo ministrat. cuius sapīa circa deū est. cuius cogitatio ea que dei sunt tractat. cuius memoria que bona sunt recordat. Et notandū ꝙ diligentes deū ⁊ mādatis illius obedientes desursum ꝑcipiūt vere sapīe gustum. ⁊ eius suauitate iugiter delectantes nō se in elatōnem inde extollūt sed hūiliter sentientes tanꝙ̄ ꝑuuli in innocētie puritate persistunt. hec criso. Qui etiaꝫ vt dt Cassiodorus deū toto corde tota aīa ⁊ tota mēte diligit. locū viciis nō relinquit. nō eñ intrat diabolus. vbi totus est aīmus cū deo occupatus. Diabolus eñ vacātia desiderat. nudata ꝑquirit. sꝫ vbi deū reꝑit sub magna ꝯfusione discedit. visibilia vasa cū aliquo plena sunt liquore suꝑuenientiū augmenta nō capiūt. ita nos diuina caritas si totos repleat. nō erit quo crimē introeat hec cassi. ¶ Hec igit totalitas ꝯm augustinum videlicet deum diligere ex toto corde ex

tota anima et tota virtute hoc intendit quod oes motus aie ad deu referant. quod non implet in via nisi forte ad tps breuea pfectissimis viris. hec augu. Per hoc ergo preceptum vicz. diliges dnm deum tuu ex toto corde tuo etc. vt dicit Thomas de aquino intendit deus. vt homo totaliter deo vniat quod fit in patria. qn deus erit omnia in omnibus. et ideo plene et pfecte implebit hoc preceptu in patria. In via vero implebit sed impfecte. et tn in via tanto magis alius alio pfectius implet. quato magis accedit per quanda similitudine et puritate cordis ad patrie perfectoem. hec tho. Q Ubi osiderandum q duplex est caritas Est enim caritas in actu. et e caritas in affectu De illa igitur que est in actu mandatu datur hoibus. Illam vo que est in affectu quis ita hz vt mandat vt videlz diligat deu ex toto corde et ex tota aia et ex tota virtute. et inimicos. fm q dr. diligite inimicos vestros Sed mandata impossibilia non faciut hoies preuaricatores sed humiles vt omne os obstruatur. et subditus fiat omnis mundus deo Ista ommemorat bern. in quadam autorita te sic dicens. Est caritas in actu. est et in affectu. et de illa quide que est opis vtpote mandatu hominibus datum esse nam in affectu quis ita hz vt mandat ergo illa mandat ad meritum. ista ad premiu cuius initiu pfectum q vitam presente expiri diuina gra posse no negamus. sed plane osummatoem desferimus future felicitati. Quo ergo iubet vt fiant. que implenda nullo modo erant. Certe mandando impossibilia non puaricatores ostituit homies sed humiles vt oe os obstruat et subditus fiat ois mundus deo. Quia ex operibus legis non iustificabit omnis caro cora illo. Accipientes quippe mandatuz et sequentes defectuz clamabimus in celum et miserebit nostri deus nr. et sciemus in die illa. qz non ex operibus iusticie que fecim9 nos. sed fm sua miam saluos nos fecit Unde cu dixissz dns Diligite inimicos vros. mox de operibus infert benefacite his qui oderunt vos. quod actuali caritati ouenire debet. Ite scriptura. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Et dns Si diligitis me sermone meum seruate. Superuacue certe de ope monuisset si in affectione iam fuisset dilectio. hec ber. R

Impletio ergo huius mandati no est de necessitate salutis. als em omis homo esset in statu damnationis. sz conatus ad pficiendum quod madatur ex necessitate est salutis. Unde huius pcepti incompletio non ostituit hoies transgressores sed otemptus. licet em impossibile sit predictu preceptum in hac vita posse attingere. transgressioez tn eius euadimus si infimu gradu caritatis attingimus seu teneamus. Est aut infimus gradus caritatis. vt nihil supra deu. vel equaliter deo diligatur. a quo gradu qui deficit a salute deficere necesse hz. qz nullo modo manet in caritate. S Et qvis caritas in statu vie non possit pfecte pfici vt mandat debet tn quilibet deuotus facere quod in se est ipsum deum diligendo fm totam possibilitatez suam. quia solus est amor per que anima potest. et si non ex equo suo creatori mutuam rependere vicem valeat. De hoc beatus bern. sup canti. sic dr. Solus est amor ex oibus anime motibus et sensibus in quo pt creatura et si no ex equo suo respondere autori. et de simili mutuam rependere vicem. et si minus diligit creatura quonia minor est. tn si ex toto sese diligit. nihil deest vbi totu est. hec bern. Debet ergo quilibet fidelis diligere deuz fm

totum posse suum. vt hortatur hugo sic
dicens. q̃tum potes tm̄ dilige. possibi
litas tua erit mēsura tua. Quāto plus
amas. tāto plus habes. ⁊ quāto plus
habes. tanto plus felicior es. extende
re ergo ⁊ dilatare quantum potes. vt
totū impleat̃. qđ in te est etiā si totum
non capiat̃. qđ in illo est. noli timere
quasi deficere debeat ille. si minus ca/
pax fueris. si vas non deficit oleū suffi
cit. Cor tuū vas est amor illius oleuȝ
est. Quamdiu vas habes. ille infunde
re nō cessat ⁊ cū tu vas amplius nō ha
bueris. ille adhuc oleū habet. hec hug.
Inde est qđ đt origeñ. sup cañ. In di/
lectione siue in diligendo deū nullus
modus nulla mensura est habenda. ni/
si hec sola ꝙ tm̄ exhibeas q̃tum habes
In xp̄o ihesu diligēdus est deus. ex to
to corde. ex tota aīa. ex totis viribꝰ. in
hoc ergo nulla mensura est. ¶ Di
ligere ꝟo ꝓximū est etiā aliqua mensu
ra. ꝓximū inquit tuū diliges sicut te/
ipsum. Si ĝ aut in dilectione minus
aliquid feceris q̃ȝ potes. ⁊ q̃ȝ in tuis
viribꝰ est aut inter te ⁊ ꝓximū nō ser/
uaueris equitatē. sed aliquid differen
tie habueris non est in te caritas ordi
nata. nec ordinem suū tenens. hec ori
geñ. Discamus ergo xp̄m dñm nostꝝ
amare iuxta exhortationem beati berñ.
sic dicentis Disce cristiane a xp̄o quē
admodum diligas xp̄um disce amare
dulciter amare prudenter amare forti
ter. Dulciter ne illecti. prudēter ne de
cepti. fortiter ne oppressi. ab amore dñi
euellamur ne mundi gloria seu carnis
voluptatibꝰ abducaris dulcescat tibi
ꝓ his sapiā xp̄s. ne seducaris spiritu
mēdacij ⁊ erroris. lucescat tibi veritas
xp̄s ne aduersitatibꝰ fatigeris. ꝯfir/
met te virtus dei christus. Dilige do/
minuȝ deū tuū ex toto ⁊ pleno cordis
affectu. dilige tota rōnis vigilantia ⁊
circūspectione. dilige etiam tota virtu
te vt ne mori ꝑ eius amore pertimescas
vnde nō abduci blandicijs. nec seduci
fallacijs. nec frangi iniurijs. toto cor
de. tota aīa. tota ꝟtute diligere est. hec
berñ. Sciendum etiā ꝙ deus. qui fecit
nos exigit a nobis nosipsos totos. iux
ta istud dictū sancti aug. sic dicentis.
Totū exigit qui fecit sed noli tristis eē
q̃si nihil vnđ gaudeas remaneat in te
Ex hoc eñ diligis te. ꝙ diligis deū ex
toto corde. Nec mirū si deus velit ha
bere cor integrū cū sufficiat illud īple/
re. hec aug. Debemus etiam nosmetip
sos totos offerre creatori nostro ⁊ hoc
ꝑ vite puritatē. vt ait beatus ansel. in
suis meditationibꝰ. Ecce dñe inquit.
q2 me fecisti debeo meipsum amori tuo
totum. imo tm̄ debeo plusq̃ȝ meipsum.
quanto tu maior me es ꝓ quo tu dedi/
sti teipsum. hec ansel. Hec igit̃ benefi/
cia debent stimulare vnumquēq̃ȝ fide/
lem ad diligendū deū super omnia.

Filius

Desidero etiā aliq̃ scire de signis
⁊ ꝯiecturis quibꝰ homo possit a
liqualiter de his intelligere se habere
caritatē gratuitā ⁊ cupio edoceri.
Et primo de signis caritatis incipien/
tium.

Ca. .xj. Pater

Scire debes qđ
ꝓpter imꝑfectionem ⁊ multi/
plices defectus nostros scire nō possu/
mus certitudinaliter vtruȝ habeamus
habitū caritatis ꝑfectioris. ⁊ ideo o/
portet nos ꝯtētos esse aliquibꝰ signis
⁊ coniecturis. quibus quodammodo
confidamus nos habere caritatem gra
tuitā. ista ꝟo signa ⁊ ꝯiecture oriunt̃ ex
actibꝰ caritatis. quorꝫ actuum carita/
tis aliqui sunt incipientiū. aliqui sunt
proficientium. ⁊ aliqui perfectorum

rum. nam illi deus dat panem. qui cum iu

sticia acquirit panē. illi vero diabolus qui cū vsura acquirit panem. hec cris. Et qr omni hora indigemus vt celesti aut spirituali aut corpali ideo semper iubemur postulare panē tā interioris q̄ꝫ exterioris hoīs cū in orōne dominica dicimus Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. ¶ Sequit quinta petitio Et dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos. Sup quo ꝟbo thomas de aquino sic dr. debita dicunt pctā. que nos debitores pene constituūt. que nobis a deo dimitti petimus si in nobis peccātibꝫ offensas relaxamus. hec thomas. Et notandū sicut ait beatus aug. Si debitoribus nostris. i. eis. qui in nos peccant non dimittimus. ipa nostra orōe inculpamur. ⁊ deū aduersuz nos in iracundiā excitamus. ⁊ ipsi super nos inducimus maledictionē. sicq̄ꝫ fit vt orō cuz debeat esse salubris fit noxia ⁊ pctā nostra que debuimus minuere orando augemus Dicit etiā de hoc cris. Qui inimicitiā in corde ⁊ in ore seruat aduersus ledentē non deum orat sed irritat ipm apud deum gratiā non obtinet sed eternam damnationē sibi postulat. hec crisost. Inde est ꝙ ait beatus bern̄. Venia dei peccatori nō datur. cuius cor rancore aut liuore inuidie afficit. Si igit vis vt tibi peccata a deo dimittant. omnis rancor ⁊ indignatio a corde tuo euellatur. hec bern̄. Dicit etiam beatus gre. Quō orat qui iracundiā aduersus ꝓximum portat. non em̄ speret apud dn̄m veniam peccatoꝝ suorū. nisi prius ex corde indulserit ꝓximo offensam culpā. nā ꝓut ait ysido. Sicut nullum ꝓficit in vulnere medicamentū si ferruz adhuc in eo sit sic nihil ꝓficit oratio illius. cuius adhuc dolus est in mente vel odiuz in pectore. hec ysidorus. Sup hac etiā clausula. Dimitte nobis. ysaac abbas in collatione patrum sic ait. O ineffabilis dei clementia. que non soluz nobis tradidit orōnis formā ⁊ acceptabilem sibi in nobis moꝝ nostrorum instituit disciplinā. vt ꝑ necessitatē tradite formule qua se precipit a nobis semꝑ orari ire pariter ac tristicie euellit radices sed etiā occasionez rogantibꝫ tribuit. eisq̄ꝫ reserat viam. qua clemens ⁊ piū erga se dei ꝓferent iudiciū ꝓmulgari vel ꝓdire. ⁊ queadmodū potestatē tribuit. qr iudicis nostri possimus sententiā temperare ad veniā delictoꝝ nostroruz exemplo eū remissionis nostre effectū hortantes cū dicimus dimitte nobis debita nr̄a sicut ⁊ nos. Itaq̄ꝫ securus huius orōnis fiducia de suis admissis veniam postulabat. quisquis remissus erga suos dūtaxat non erga domini sui extiterit debitores. Solemus em̄ nonnulli qd̄ est deterius erga illa quidem que admittunt ad iniuriam dei q̄ꝫuis magnoꝝ sint criminū placidos nos ⁊ clementissimos exhibere erga nostraꝝ vero vel puissimaꝝ offensionuz debita exactores immites atq̄ꝫ inexorabiles inueniri. Quisquis igit in se delinquēti fratri non ex corde remiserit. nō indulgentiā sed ꝯdemnationē deprecatione hac sibimet īpetrabit. suaq̄ꝫ ꝓfessione semetipm poscit durius iudicari dicēs. Remitte mihi sicut ⁊ ego remisi. Qd̄ cū illi sm̄ suam petitionē fuit repn̄tatū quid aliud subsequet q̄ꝫ vt exemplo suo implicabili ira ⁊ irremissa sn̄ia puniat. Ideoq̄ꝫ si clementer volumus iudicari nos quoq̄ꝫ erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse clementes. tm̄ em̄ remittetur nobis quantū nos remiserimus eis qui nobis quacūq̄ꝫ malignitate nocuerunt. hec ysaac Unde ea benignitate debemus dimittere in nos quolibet modo peccantibus. qua nobis desideramus dimitti. qd̄

peccauimus. vt eo abundantiorem in dulgentiā nostrorum peccaminū ab ipso dn̄o ꝯsequi mereamur D Sequitur sexta petitio Et ne nos inducas in temptatiōem. Qd̄ exponens thomas sic d̄t. i. non pmittas nos succūbere in temptatōe. non enim petimus vt non tē ptemur. qr temptari non est malū. sed magis est ad v̄tutis exercitium qn̄ viriliter resistit̄. ꝓpter qd̄ dauid d̄t. ꝓba me dn̄e et tempta me. sed petimus ne ī temptatōem inducamur. i. ne ab ipsa temptatōe deuīcamur. hec tho. Dicit etiam beatus august. Non oramus vt temptatōnes non veniant. sed ne ducamur in temptatōem. qd̄ est succūbere. qr temptatio cui resistit̄ non est peccatum. sed materia exercēde v̄tutis. hec augu. E Et notandū q̄ sine adiutorio dei ipsis temptationibꝫ resistere non valemus. et ideo d̄s a nobis vult rogari ne inducamur in temptatōem vt erepti a casu temptationū hoc beneficium ab ipso nos habere recognoscamus. Qd̄ affirmat beatus ambro. ita dicens. Nihil fit nisi quod deus facit aut fieri pmittit. Potens est ergo et a malo in bonū deflectere. ac volūtates nostras in lapsum ꝓnas ꝯuertere et dirigere in se planū gressum. Voluit ergo deus a se posci ne feramur in temptatōem. qr voluit nos docere q̄ ab ipso hoc beneficiū accipimus. qn̄ dyabolū in temptationibꝫ supamus. hec amb. Unde ₰m ansel. nos monemur hic dicere et petere. ne derelicti adiutorio d̄i alicui dyabolice temptatōni vel ꝯsentiamus decepti. vel cedamus afflicti. Sed qr a dyabolo non temptari sanctos in p̄ntivita est impossibile. et ideo ne in temptationibꝫ derelinq̄mur hoc a deo flagitemus. qr resistere dyabolo non est nostre v̄tutis. sed est diuine potestatis. De hoc d̄t fulgen. Mandat deminus vt petamus ne inducamur per ꝯsensum in delectatōem. s. carnis mūdi et dyaboli. Sup quo etiā verbo. scȝ Et ne nos etc. ysaac abb. in collatōne patrum sic d̄t. Si enim oramus vt non permittamur temptari vnd̄ erit in nobis virtus ꝯstantie ꝯprobanda ₰m illam sn̄iam. Omnis vir qui non est temptatus non est ꝓbatus Non ergo sonat ne inducat nos in temptatiōem quasi non pmittat nos aliqn̄ temptari. sȝ ne permittat nos in temptatōne positos supari. Temptatus est enim iob. sed nō est inductus in temptatōem. nō enim dedit insipiam deo. nec ad illā ad quā trahebat̄ temptatoris voluntatem ore impio blasphemus intrauit. Temptatus est abrahā. temptatus est ioseph. sed neuter illorum inductus est in temptatōem. qr nullus eorum ꝯsensum prebuit temptatori. hec ysaac abbas. F Considerandū aūt q̄ preter infernalē damnatōem nulla ira dei grauior est. q̄ȝ non descēdere a peccato. hanc vero maxime meret̄ superbia. ingratitudo et incuria vt homo ꝓfundius cadere p mittat̄. hoc est enim qd̄ oramus Et ne nos inducas in temp. i. ne permittas nos cadere in ꝯsensum peccati. Inducere deus d̄r cū non custodit ne inducamur. sicut īdurare d̄r cor peccatoris cū hoc per grām non emollit sue interneunctionis. hoc ergo impugnatōnis et tribulatōnis a nobis timendū est ne suo pondere nos opprimat. et per ꝯn̄s ad eternam damnatōem perducat. G Sequit̄ septima. Sȝ libera nos a malo Qd̄ exponens thomas de aquino sic d̄t. i. a peccato originali et actuali. ab amore mundi. a ꝓprio sensu. et a ꝓpria voluntate. quibꝫ depositis fit hō pauper sp̄ū. quod totuȝ fit per sp̄ūm timoris. Unde cum dicis. Sed libera nos a malo. rogas tibi dari sp̄m timo

ris. ꝑ quem factus pauper spiritu libe
ratur a malo. hec thomas Item sup eo
dem dicit beatus aug. Libera nos a malo
.i. a mundo vel a pctō vel a purgatorio
vel ab inferno Et notandum ꝙ multa
sunt mala. quibus hūana ꝯditio mole-
stat ⁊ quoꝝ p̄ssurā ꝑ se minime euade-
re valet. Que generaliter cōsiderata
sex modis distinguere possumus. naz
aliud est malū corporis. aliud aīe Item
aliud est malū qđ est culpa. aliud qđ ē
pena. Item aliud malū pn̄tis seculi.
aliud est malū futuri. Ab oībus istis ⁊
ab alijs que ꝑ ista ꝯp̄hendunt vel sub
istis ꝯtinent petimus liberari qn̄ ora-
mus dicētes Libera nos a malo. Sup
quo etiā v̄bo theophi. sic dicit. a malo vi
delicet culpe ⁊ pene. Culpe quo ad gra
tiam. pene quo ad eternā penā ⁊ sic in
hac orōne petimus ab omni malo libe-
rari. s. a pn̄ti p̄terito ⁊ futuro. ⁊ sūmo
bono vniri qđ ē ip̄e deus bn̄dictus in se
cula seculoꝝ Amen. Amen aūt nec gre
cum nec latinū sed hebraicū est. ⁊ qn̄qȝ
accipit v̄baliter ꝓ fiat vt in fine orōis
dicimus Amen. i. fiat nobis deus qđ
a te humiliter petimus. Qn̄qȝ accipi-
tur aduerbialiter vt xp̄us ait. Amen a
men dico vobis. i. firmiter ⁊ fideliter.
Vn̄ dicit aug. Amen. i. vere vel fideliter.
vere quo ad intellectū. fideliter quo ad
affectū. ⁊ ideo dn̄s posuit in fine amen
quia hec orō potissime ex intellectu ⁊ af-
fectu dicēda est. Et sic patet explana-
tum de orōne dominica Deinde notā
dum ꝙ etiam alie diuerse sunt species
orationū s̄m statū ꝯditionū seu indigē
tiam diuersorum hoīm Aliter enī sup-
plicat quis cū alacer est. aliter cū tristi
cie vel desperationis pondere p̄grauat
Aliter cū spūalibus successibus viget.
Aliter cū impugnationuz mole depri
mitur. Aliter cū veniam pctōꝝ īplorat
Aliter cū acquisitionē gratie seu cuius
libet virtutis exposcit vel certe extincti
onem cuiuscūqȝ vitij deprecat. aliter
cū ꝯsideratione gehenne ac futuri iudi
cij timore ꝯpungit. aliter cū spe futu-
roꝝ bonoꝝ desiderioꝝqȝ inflāmat. ali
ter cū necessitatibus ⁊ ꝑiculis vrgetur.
aliter cū in tranquillitate ⁊ securitate
versat. aliter cū sacroꝝ celestiū reuela
tionibus illustrat. aliter cum sterilitate
virtutū ac sensuū ariditate ꝯstringit.
¶ Vn̄ apl's paulus orationuz sp̄es
quadripartita rōne distinxit dicens.
Deprecor itaqȝ primū oīm fieri obse
crationes. orōnes. postulationes. gra
tiarꝫ actiones. Obsecratio enī est pro
peccatis imploratio. qua pro presenti
bus vel preteritis admissis suis vnus-
quisqȝ compunctus veniam deprecat
Orationes sunt quibus aliquid in pre
ce domino offerimus vel vouemus deo
Nam oratio est mentis deuotio scdm
augu. i. conuersio mentis in deum per
pium ⁊ humilem affectū. ¶ Affe
ctus vero orationis est spontanea que-
dam ⁊ dulcis ipsius aīmi inclinatio.
quo mouet ad oranduz deum. ⁊ istud
agitur per orationē que s̄m damasce.
est ascensus mētis in deū De qua etiā
dicit beatus augusti. Oratio est ascensio
anime de terrestribus ad celestia. inqui-
sitio supnoꝝ inuisibilium desiderium.
Nihil aūt ita deū inclinat ad pietatez
⁊ misericordiam exhibendam homini
quēadmodum purus mentis affectus
quez homo gerit erga deum Oramus
etiam cū renūciamus huic mundo. ⁊
spondemus nos tota intentōne deo ser
uituros. Oramus cū pollicemur secu
lari honore ꝯtempto ⁊ terrenis opibus
spretis in omni contritione cordis ac
paupertate spiritus nos domino colle-
suros. Tercio loco ponunt postulatio
nes quas pro alijs qȝdiu sumus in fer
uore spiritus constituti solemus com-

mittere. vel ꝓ caris .s. nostris. vel pro totius mundi pace poscentes. vel ſm verba apostoli ꝓ omnibꝫ hominibꝫ qui in sublimitate sunt positi supplicamꝰ. vel cū petimus assecutionem alicuius boni vel alicuius mali nos ꝑturbantis euasionē. R Quarto loco gratiarum actōes ponunt̄ quas mens vel cū preterita dei recolit beneficia. vel cum presentia ↄtemplat̄. seu cum in futurꝫ que ⁊ quanta preparauerit deus his qui diligunt eum ꝓspicit grās dn̄o refert. Ad grārum actiones ꝑtinet. beneficia que accepimus diligēter recolere. subtiliter intelligere. fideliter intelligere fideliter ↄtinere. studiose ↄseruare. beneficium diligere. ac dei offensam cauere. ⁊ grām acceptam non ociose negligere. Debet nōnunꝗ̄ quilibet deuotus perpendere beneficia dei tā eximia per que in nobis salutē operat̄. Quid aūt potest dignius aut sublimius eē ꝗ̄ corpus ⁊ sanguis xp̄i vel grā spūssancti ⁊ gloria regni celestis. que dat fidelibꝫ suis preter alia que ab ipso ꝑcipimus iustificatōem a peccato. gratiam sanctitatis. adoptōnem filiorꝫ dei. ↄsolatōem internā. defensionē a ꝑiculis. ↄsortiū angelorꝫ. ⁊ beatitudinē corporis ⁊ aīe. ⁊ visionis dei fruitōem Pro his igit̄ omnibꝫ gratias agamus dn̄o deo nostro. non solū aūt ꝓ his. sed etiam ꝓ alijs donis ⁊ beneficijs que deus suis electis quotidie ↄfert gratiarꝫ actio illi est ꝑsoluenda. Ex quibꝫ quedā dona ↄmemorat beatus ber. ita dicens Quotiens temptatio superat̄ aut vitium subiugat̄. aut imminens periculū declinat̄. aut laqueus insidiantis deꝑhendit̄ aut annosa ⁊ inueterata quecūꝙ animi passio semel ꝑfecteꝙ sanat̄. aut multū diuꝙ ↄcupita ⁊ sepius petita virtus tandem aliqn̄ dei munere obtinet̄. totiens ꝑsonari debet grārum actio ⁊ ad singula queꝙ beneficia debet benedici deus in donis suis. hec bernardus. Sunt ⁊ alia quedā a dn̄o valde accepta. vicꝫ vox laudis. Sacrificiuꝫ laudis honorificabit me. istud vero sacrificiū deo nostro ꝑsoluimus qn̄ eum in psalmis dauiticis ⁊ ymnis laudamus. Quid enim dignius aut acceptius os carnis ipsi dn̄o potest depromere. ꝗ̄ psalmos deuꝫ magnificantes decantare. per quos creatura tam rationalis ꝗ̄ irrationalis ad laudandū deum excitat̄. cum dr̄. Laudate dn̄m de celis vel cum dr̄ Benedicite omnia opera domini dn̄o. vel qn̄ dr̄ Confitemini domino qm̄ bonus. vel cum dr̄. Te deum laudamus. ⁊ similia que in canticis aut psalmis ymnisꝙ ↄtinentur. per que ↄditor noster summe laudatur Unde sancta ecclesia horas cauōicas decantare statuit. in quibꝫ maxīe psalmi. ymni ⁊ cantica ↄprehendunt̄. vt fideles in hac peregrinatōne positi laudantes ⁊ benedicentes deum post hoc exilium in celesti patria eo perfectius cum angelis ⁊ ceteris sanctis ibidem laudare ipsum valeant in eternuꝫ. De quibꝫ omnibꝫ per psal. dicitur. Beati qui habitant in domo tua domine. in secula seculorꝫ laudabunt te.

Filius.

Habita informatione de dominica oratione. alijsꝙ speciebꝫ orationū. nunc de distractōe mentis ⁊ aliis impedimentis eiusdem orōnis que orantibꝫ occurrunt cupio edoceri.

Ca. III. Pater L

DE hoc qđ queris scire debes ꝙ quidam sunt qui orant nullo corde. quidā cum medio corde. quidā aūt cū toto corde. Illi enī orant cū nullo corde qui in orōe positi nec hn̄t ibi intellectū ꝑ intentōꝫ

nec affectū p deuotionem De talibus dr ysaie.xxix.ꝑplus iste labijs suis glorificat me Cor aūt eoꝝ longe est a me. Quidā sunt qui orant cū medio corde qui.s.ad ea que dicūt hn̄t intellectum sed nō affectū De quibꝫ dr osee.x.Diuisum est cor eorū. Et qr in corde sunt intellectus ⁊ affectus.igitur illi orāt in toto corde qui orant cū intentione ⁊ affectione.i.qui attente intelligunt.que dicunt ⁊ afficiūtur ad ea que dicūt.talis erat beatus paulus qui dicebat. Orabo spū orabo ⁊ mente. ¶ Ubi tn̄ diligenter est ↄsiderandū. ꝙ triplex ē effectus orōnis. Primus effectus orōnis est ↄmunis oībꝫ actibꝫ caritate informatis qd̄ est mereri.ad hūc effectū non ex necītate requiritur ꝙ attentio assit orōni p totū.sed vis prime intentionis qua aliquis accedit ad orandū reddit totā orōem meritoriā sicut accidit in alijs actibꝫ meritorijs. Secundus effectus orōnis est ꝓprius qd̄ est impetrare ⁊ ad hūc effectum sufficit prima intentio quā deus principaliter intendit. Si aūt prima intentio orō nō est meritoria nec impetratiua.illā enī orōnem deus nō audit cui ille qui orat nō intendit. Tercius vo effectus orōnis est quē principaliter efficit q̄dam spūalis mētis refectio. ⁊ ad hoc de necītate requiritur in orōne attentio. Et sciendū ꝙ triplex est attētio.q̄ orōni vocali potest adhiberi. vna quidē qua attēditur ad v̄ba. ne quis in eis erret. Scd̄a qua attēditur ad sensum verboꝝ. Tercia qua attēditur ad finē orōnis.s.ad deum ⁊ ad rē pro qua oratur que quidē maxime ē necāria. In spiritu ergo ⁊ veritate orat qui instinctu spūs accedit.etiam si aliqua infirmitate mēs postmodum euagetur. Si quis aūt ex proposito in oratione mente euagetur. hoc peccatū est ⁊ impedit orationis fructum. Euagatio vero que fit preter ꝓpositum orationis fructū non tollit. Un̄ basilius dicit. Si ex debilitate fixe nequis orare. q̄ntum potes. teipsum cohibeas. ⁊ deus cognoscet. eo ꝙ non ex negligentia sed ex fragilitate vt oportet assistere coram domino. hec basilius. ¶ Unde euagatio mentis peccatum est. q̄n fit ex ꝓposito vel negligentia est secus q̄n fit preter ꝓpositum ⁊ cū mente quis cohibet quantū potest. Et notādū fm̄ ꝙ dr̄ petrus damia. Cum ad ecclesiam oraturi ⁊ psallaturi festinamus illic tenebrarum principes aduersum nos feraliter dimicant vt p illusiones fantasmatum ab his que p labia refluunt vagabundas mētes euertant. hec pe.da. Nā sunt non nulli vt dr̄ beda in quadam omel.qui intrantes ecclesiā sermonibꝫ multis orationem vel psalmodiam ꝓlongat. sed alibi corde intēdendo nec ipsi quid dicunt recolunt. ore quidem orātes sed mente foris vagantes. omni orōnis se fructu priuant putantes a deo precem exaudiri. quā nec ipsi qui fundunt audiunt Quanti qui hostis instinctu fieri nemo dubitet qui animaduertere velit. sciens enī vtilitatē orandi ⁊ inuidens hoībꝫ gratiā immittit multimodum orantibꝫ cogitationū leuium. ⁊ aliquando etiā turpium nocentiumq̄ fantasmata. quibꝫ orōnem impediat a deo. vt nonnunq̄ tales tantosq̄ discurrentium cogitationum fluctus ꝓstrati als̄ pferat in oratione toleramus. q̄les nec in lecto iacentes tolerare nouerimus. Unde necesse est vt agnitam dyaboli curemus superare maliciam. ⁊ ipsi videlicet animum ab hmōi nebulis quas hostis aspergere gaudet inq̄tum possumus frenando. ⁊ pij defensoris preceꝝ flagitando subsidium. qui potens est q̄uis indignis peccatoribꝫ ⁊ pure orandi ⁊

perfecte impetrandi ꝯcedere gratiam hec beda. Non solū autē hec distractio que fit in orōnib⁹ generat̄ ex deceptione demonum. ve℞ etiam ex ꝓpria negligentia hoīm. Nam cū ante pñs oratō nis occupamus nos cū vanitatib⁹ mū di verbis aut factis. eadem etiam tpe orōnis occurrunt nobis. ꝛ cū assidue cogitamus terrena que ꝯcupiscimus. hec eadē in orōne toleramus etiā cum nolumus. De hoc beatus greg. sic dt. Illa℞ namq̧ re℞ quas agimus ꝛ in vsu habemus ymagines nobis versant̄ in mēte ꝛ puritatē intentionis ꝛ deuotionis impediūt in orōne. ꝛ recto quidem iudicio qđ volētes prius foris egimus hoc demū interius patiamur inuiti. Et mēs nostra que terrena hec assidue cogitat cū vult. hec etiaꝫ tolerat in orōne cum non vult. ❡ Unde multi sunt inclusi in monasteriis. aut in cellis. qui tñ cū toto mundo ꝑ mentis distractōem ꝛ inutilem occupationem fabulant̄. ꝛ ideo lōge est a deo eorum animus. qꝛ in orōnib⁹ positi cogitationib⁹ se occupant. De talib⁹ sic dt beatus ihero. Incongruū est latere corpore. ꝛ mente vndiq̧ euagare. Multi sunt inclusi in ordine. qui tñ fabulantur cū toto mundo. Unde fieri non pt. vt cum deo aliqn̄ loquat̄. qui tacēs cū toto mundo fabulat̄. hec hea. ihero.

❡ Et sciendū ꝙ hanc mentis instabilitatē humanuꝫ genus ꝓpter preuaricatōem primi hoīs patit̄. qui piectus a facie dñi ꝓpter peccatū inobediētie eo ꝓfundius ad desideria terrena ē inclinatus. quo magis gustu supernorum bono℞ est priuatus De hoc hugo de sancto victo. in lib. de archa noe sic ait. Uidendū nobis est vnde tanta in corde hoīnis instabilitas ꝛ vicissitudo oriat̄. Primus itaq̧ homo ꝯditus fuit vt si non peccasset. ꝑ ꝯtemplationis pñtiam vultui ꝯditoris sui semper assisteret. ꝛ eum spꝛ videndo semꝑ amaret spꝛ amando semꝑ ei adhereret. semꝑ ei qui immortalis est adherendo viueret semꝑ ipse vitā sine termino possideret sed piectus est a facie dñi qn̄ ꝓpter peccatū cecitate ignorantie ꝑcussus ab intima ꝯtemplatōe illius lucis foras venit. atq̧ ꝓfundius ad desideria terrēa mentē inclinauit. quo magis supernorum dulcedinem quo℞ iam gustum ꝑdiderat obliuisci cepit. Sic itaq̧ factus est vagus ꝛ pfugus super terrā. vagus videlicet ꝓpter inordinatam ꝯcupiscentiā. pfugus ꝓpter peccatricem ꝯsciam. Cor ergo hoīs qđ prius amori diuino affixū stabile perstitit. ꝛ vnū amando vnū permansit. postq̄ per desideria terrena defluere cepit. qsi in tot diuisum est quot ea sunt que ꝯcupiscit Sicq̧ fit vt mens que ve℞ bonū amare nescit nunq̧ valeat esse stabilis. qꝛ desiderii sui finē in his que amplexat̄ non inueniens dum spꝛ desiderio se extendit sequens qđ ꝯsequi nō valet nūq̧ requiescit. hinc ergo nascit̄ motus sine stabilitate. labor sine requie. cursus sine peruentione. ita vt semꝑ sit inquietum cor nost℞ donec illi adherere ceperit. vbi ꝛ desiderio suo nihil deesse gaudeat. ꝛ ea q̄ diligit spꝛ mansura ꝯsidat. hec hugo. Ex quib⁹ verbis colligere possumus ꝙ instabilitas mētis maxime causat̄ ex carētia diuini amoris qꝛ quanto minus deus diligitur tanto magis res terrene ac sensibiles amantur. que sunt occasiones distractōis ipsius mentis. quanto vero magis diligit̄ deus cum tranquillo corde ac stabilitate ipse dñs exorat̄ De hoc maximus sic dt Qui familiariter deū amat hic sine occupatōe orat. hic ꝛ deū precordialiter amat. non aūt orat sine occupatione qui alicui terreno℞ hꝫ men

tem affixam. non ergo diligit deū. qui mente terrenis alligat᷑. mēs eñi immorans rei terrene sine sensibus oīno habet vitiū. ⁊ nisi rem illā despiciat. a vitio liberari non p̄t. hec maximus. ℚ Notandū tñ ꝙ ꝗ̄diu homo in peregrinatione huius vite moraꝛ᷑ distractiōe mentis infra diuinum cultū vel oꝛōes perfecte carere non p̄t. qꝛ coꝛpus istud coꝛruptibile quod poꝛtamus aggrauat aīam ⁊ depꝛimit sensum multa cogitatione. Hoc affirmat beatus augu. in libꝛo glo. super psalmistā sic dicens Ecce stat homo ⁊ cantat deo aliq̄n ꝓlixius. ⁊ sepe labia mouent᷑ ad cantū cogitatio aūt nescit ꝑ que desideria volat. Stat ergo mens nostra quodāmodo ad laudem dei. ⁊ aīa nostra ꝑ diuersas cupiditates vel curas negocioꝛum hac illacq̄ꝫ fluitat. ⁊ quasi desuꝑ attendit mens ipsa hac atq̄ꝫ illac ⁊ ad eius inquietudinem molestiaꝝ quasi ꝯuersa aīam alloquit᷑. Lauda aīa mea dominum. Quid est ꝙ de aliis rebꝫ satagis. quid est ꝙ te occupat cura rerum terrenaꝝ atq̄ꝫ moꝛtalium Sta mecuꝫ lauda dñm. Et quasi ipsa pꝛegrauata ⁊ non valens ita ꝯsistere vt dignuꝫ est respondeat menti Laudabo dñm in vita mea. quid ē in vita mea qꝛ modo in moꝛte mea sum Ergo pꝛius exhoꝛtare te ⁊ dic. Lauda aīa mea dñm. respondet tibi aīa tua laudo quantū possum tenuiter exiliter infirmiter. Quare qꝛ ꝗ̄diu sumus in coꝛꝑe. ꝑegrinamur a dño. Quare sic laudas dñm nō ꝑfecte non stabiliter. interroga scripturā. qꝛ coꝛpus qd̄ coꝛrūpit᷑ aggrauat aīam ⁊ depꝛimit terrena inhabitatio sensum multa cogitanteꝫ Tolle mihi coꝛpus quod aggrauat aīam ⁊ lauda dñm tolle mihi terrenam inhabitationem depꝛimentem sensum multa cogitantem ⁊ a multis in vnum ꝯfluam ⁊ laudabo dominū. ꝗ̄diu aūt ita sum non possum nā pꝛegrauoꝛ. hec aug. ꝗ̄uis igit᷑ mēs nostra nō possit esse stabilis in oꝛōnibꝫ suis. non tñ ꝓpter hoc desperandum est sꝫ de magna dei mīa ꝯfidendū. qꝛ si habundat infirmitas nostra suꝑhabūdat etiā ⁊ eius mīa. quam frequenter exhibet nobis ⁊ oībꝫ fidelibꝫ suis. De hoc iterum beatus augu. in glosa super ps̄ sic dt̄ Attendat quisq̄ꝫ ⁊ videat quanta agunt᷑ in coꝛde humano. quēadmodū ipse oꝛōnes plerūq̄ꝫ impediunt᷑ vanis cogitationibꝫ. ita vt vix stet coꝛ ad deū suuꝫ. ⁊ vult se tenere vt stet ⁊ fugit quodāmodo a se. nec inuenit cācellos. in quibꝫ se includat. aut obices quosdaꝫ quibꝫ retineat auolationes suas. ⁊ vagos quosdā motus ⁊ stet iocūdari deo suo. vix est vt occurrat talis oꝛatio īter multas oꝛōnes. ⁊ tamen tolerat deus tot coꝛda pꝛecantium ⁊ aduersas res cogitantium obmitto dicere ⁊ noxias obmitto dicere aliq̄n peruersas. ⁊ inimicas deo ipsas suꝑfluas cogitare. iniuria est eñi ei cū quo loqui ceꝑas oꝛatio tua locutio est ad deū quando legis deus loquit᷑ tibi. q̄n oꝛas deo loqueris Sed nunq̄ꝫ desperanduꝫ est de genere humano nec dicendū ad damnationē omnem hoīem peruenire cui subꝛepserit aliqua cogitatio oꝛanti ⁊ interrumpit eius oꝛationeꝫ. Si hoc dixerimus fratres que spes remaneat non video. Poꝛro est aliqua spes ad deū qꝛ magna est mīa eius. Dicamus ergo ei illō ps̄. Letifica animam serui tui. quoniā ad te domine animam meam leuaui. Et quomodo eam leuaui. q̄uo potui. q̄uo tu vires dedisti. q̄uo eā fugientem appꝛehendere valui. Sed quia vt ps̄. Suauis ⁊ mitis es tolerabis me Ego egritudine defluo cura ⁊ stabo cōfirma ⁊ firmus ero. donec aūt facias toleras me. quia tu suauis es domine ⁊ mitis

⁊ multum misericors. abundat enim
iniquitas mea. abundet ⁊ mīa tua. hec
aug. Non ergo valde ꝯtristandū est si
quis in orōne distrahitur Sed sicut ait
iohannes abbas montis sinay. Certa
inquit ⁊ lucta mentē rōnem ⁊ intentō
nem meditando ad teipm̄ ꝯgregās in
desinenter ꝯgregare ⁊ easdē reuocare
distractas ⁊ recuruatas ne cesses. nō
enim in distractā ⁊ in recuruatā deus
ab obedientib᷒ requirit orōnem. non
ꝯtristeris in orōne distractōes mētis
passus sed bono animo esto intellectū
sp̄ reuocans ⁊ ad xp̄m leuans. angeli
eīn solius esse est impdabile. Agonisa
ergo meditatōem sursum ferre ⁊ men
tem recludere in v̄bis orōnis. ⁊ q̄uis
attonita ꝑpter puerile cadat. iterū eam
sursum age. qm̄ ꝓpriū est mētis insta
bilem esse. sed in deo est vniuersa posse
stabilire. Si igitur semꝑ studueris men
tem a deo non elongare ⁊ in mense ap
positōe ꝑpe tecum erit Si aūt sine ꝓhi
bitōe errat nunq̄ tecū permaenre vale
bit. Et quid sublimius bonū q̄ adhe-
rere dn̄o ⁊ indesinenter apud deum in
vnione pseuerare. hec iohannes abb.
Quia igitur corde stabiles esse nō possu
mus. nec mens nostra in eodē valet ꝑ
ꝯsistere. interim tn̄ q̄diu in hac pere-
grinatōe sumus saltē ab immoderata
distractōne corda nostra colligamus
vt eo expeditius ⁊ deuotius p̄ces ad
dn̄m fundere possimus De his refert
hugo de sancto victo. in. iiij. lib. de ar
cha noe sic dicens. Dū igitur corda no
stra ad appetitum terrenarū rerū immo
derate laxamus. aborta mox inanium
cogitationū turba ita in diuersa mēs
nostra rapitur. vt ipse quoq̄ naturalis
discretionis ordo pturbetur. nam q2 res
mundane quas inordiate appetimus
infinite sunt R Cogitatōes quo-
q̄ quas ex ipsarū memoria rerū intrin-
secus ꝯcipimus finite esse nō possunt.
nam dum per singula momēta alie ex
aliis oriunt multipliciter ꝓdeunt. vt
nec ipsa ꝯprehendere valeamus. quo
ordine vel quo modo ad cor veniūt. aut
a corde recedunt. ꝓinde si ordinatas
⁊ stabiles ac quietas cogitatōes habe
re volumus ab hac immoderata distra
ctione corda nr̄a cohibere studeamus
Hoc aūt fieri poterit si certas quasdam
⁊ determinatas res nobis ꝓscribamus
in quib᷒ assidue intentō cordis nostri
v̄sari ⁊ meditatio exerceri possit Tria
enim sunt. s. per infinita distrahi. in eo
dem semꝑ persistere. moderate vagari
quorū vnum habere nō possumus. vnū
habere debemus. ⁊ ideo hoc solū super-
est vt q2 vere corde stabiles esse nō pos-
sumus. interim saltē ab immoderata
distractōe corda nostra colligamus vt
dum sp̄ nitimur minus instabiles fie-
ri. semꝑ magis ac magis viam studea
mus veram per hoc imitari. Omnipo
tens enim deus cui nihil impossibile ē
posset vtiq̄ si vellet eis quib᷒ misereri
ꝓposuit de laborib᷒ ⁊ erumnis ⁊ picu
lis p̄ntis vite que temptationib᷒ ple-
na est subito ⁊ absq̄ dilatōe ad eterne
vite stabilitatē transferre. sed vult vt
electi sui ꝑ varias tribulatōes ⁊ temp
tatōes plurimas purgandi transeant
⁊ cū per multos dolores ad eū redeūt.
discant q̄ longe ab eo peccādo disces-
serunt. hec hugo. S Et notandū
q̄ ad mentis ꝯpositōem multū val3 vt
ante tps orōnis a curis rerū temporaliū
⁊ a cogitationib᷒ immūdis ⁊ inordi-
natis nos custodiamus. q2 in quibus-
cunq̄ mens nr̄a ante horā orōis se oc-
cupauerit. hec eadē nobis orantib᷒ ꝑ
recordatōem se ingerunt ⁊ orōem im
pediunt. vn̄ quales orantes volumus
inueniri tales ante orōnis tempus pre
parare debemus. vic3 abstrahere nos

ab actib⁹ illicitis. a ꝑmonib⁹ ociosis
a leuitatib⁹ ⁊ a ceteris oībus. que nos
tpe orōnis impedire pn̄t. De quo ha-
bemus sanā doctrinā in collatōib⁹ pa
trū vbi ysaac abbas in prima sua col-
latione sic dt. vt eo feruore ac purita-
te qua dz emitti possit oratio. hec sunt
oīmode obseruanda Primo sollicitu
do rerū tpalium generaliter abscinden
da est. deinde nullius negocij cause ne
non solū cura sed nec memoria quidez
penitus admittenda. detractiones va-
niloquia scurrilitates quoqꝫ similiter
amputande sunt. Ire pre oīb⁹ siue tri
stitie ꝑturbatio funditus eruenda. con
cupiscētie carnalis affectio. ac philar
girie noxius fomes radicitus euellen
dus. ⁊ ita his ⁊ similibus vitijs extru
sis penitus ⁊ abscisis taliqꝫ vt dixi-
mus repurgij emūdatione p̄missa. que
simplicitatis ⁊ innocentie puritate ꝑ
ficit. iacienda sunt primo ꝓfunde hu-
militatis inconcussa fundamēta. que
.s. turrē pulsaturam celos valeat susti
nere deinde supponenda virtutū spūa-
lis extructio. ⁊ ab omni discursu atqꝫ
euagatiōe lubrica aīmus inhibendus
vt ita paulatī ad ɔtemplationē dei ac
spiritalis intuitus incipiat sublimari
Quicquid enī an̄ orōnis nostre horaz
aīa nostra ɔcepit mente. est vt hoc orā-
tib⁹ nobis semꝑ ingestionem recorda
tionis occurrat. Quobrem quales oran
tes volumus inueniri tales nos an̄ ora
tionis tempus preparare debemus Ex p̄
cedenti enī statu mēs atqꝫ animus sup
plicatione format̄ eorundemqꝫ actuū
ꝓcūbentib⁹ nobis ad precem verborū
quoqꝫ vel sensuum ante oculos ymago
preludens aut irasci nos scdm̄ p̄ceden
tem qualitatē faciet aut tristari aut cō
cupiscentias causas de preteritas re-
tractare. aut risu fatuo quod etiam pu
det dicere cuiusqꝫ scurrilis dicti vel fa

cti titillatione pulsari. vel ad primuz
priores faciet volūtate discursus. ⁊ id
circo quicquid volumus ne orantib⁹
nobis irripiat. an̄ orōnem de abditis
nr̄i pectoris extrudere festinemus. vt
ita illud aplicū possimus implere sine
intermissiōe orare. Et in oī loco leuā-
tes puras man⁹ sine ira ⁊ discreparōe
Al's nāqꝫ mādatū istud ꝑficere nō vale
bimus nisi mēs nr̄a ab oī viciorū purga
ta ɔtagione v̄tutib⁹ tm̄ velut naturali-
bus bonis dedita iugi oīpotentis dei
ɔtēplatiōe pascat̄ Etenī q̄litas aīe nō
inepte subtilissime plume seu pennule
leuissime ɔpat̄ que si humoris ɔcupia
extrīsecus corruptōe viciata nō fuerit.
vel infusa mobilitate substantie sue te
nuissimi sp̄ūs adiumēto velut natura-
liter ad sublimia celestiaqꝫ sustollitur
Si v̄o amoris cuiuspiā aspgine vel in
fusione fuerit p̄grauata nō mō in nul-
los aereos volatus naturali mobilita-
te raptabit̄. sz etiā ad yma terre ɔcep-
ti hūoris pondere deprimet̄. ita mēs
quoqꝫ nr̄a accedētib⁹ curis vitijsqꝫ ag
grauata non fuerit. noxieqꝫ libidinis
humore incorrupta velut naturali pu-
ritatis sue bn̄ficio sublimi ita leuissimo
spiritalis meditatōis afflatu sublima
bit̄ ad supna ⁊ hūilia deserēs atqꝫ ter-
rena. ad illa celestia ⁊ inuisibilia trans
feret̄. Un̄ ꝓprie satis p̄ceptis domini
cis āmonemur Uidete ne grauent̄ cor
da vr̄a in crapula ⁊ ebrietate ⁊ secula-
rib⁹ curis Et idcirco si volumus orōes
non solum celos sed etiam ea que sup
celos sunt penetrare. curemus mentē
ab omnib⁹ terrenis vitijs expurgatam
cunctisqꝫ emundatam fecibus passio-
num ad subtilitatem perducere natu-
ralem. vt ita ad deum oratio eius nul-
lo vitiorum pondere pregrauata vitra
celorum vestigia possit ascendere. hec
ysaac abbas. Et de eodem dicit be-

da in quadam omelia. Multum iuuat orōnis puritatē si in omni loco vel tpe nos ab actib⁹ tpemus illicitis. si sem per ab ociosis sermonib⁹ auditū pariter castigemus ⁊ linguā. si in lege dñi am bulare volumus. ⁊ testimonia eius as suescamus toto corde scrutari. quecū que enī sepius agere vel loqui vel audire solemus. eadē necē est sepius ad aīm quasi solitā, p̄riamq̄ recurrat ad sedē etiam tpe orōis. hec beda. Et ergo scḋm beatum augu. quicunq̄ puras affectō nes erigere vult in deuz. disiungat se a sensib⁹. recedat a corporalib⁹. claudat a vocib⁹. In istis enī sunt omnes cor poris passiones in quib⁹ decipimur ⁊ illudimur tota die. hec august. ¶ Et notandū q̄ si quidā in horis ad q̄s tenent hi qui in sacris ordinibus sunt ↄstituti intermissum fuerit. vel negli genter ↄpletum. vel p̄pter somnolenti am obmissum tpe oportuno. nequaq̄ transeat hoc irrecompensatū. q2 ab ho ris canoīcis nullus potest absolui Vñ beatus bern̄. dicit. Si quid aliqñ inter missum fuerit. si quid imperfectuz suo loco. suo tpe. suo modo. non transeat impunitum vel etiā irrecompensatum hec bern̄. ¶ Notandū etiā scḋm q̄ dicit beatus gregori. xxij. mora. q̄ vera orō siue postulatio que fit ad deū nō est in oris vocib⁹ sed in cogitationib⁹ cor dis. valētiores nāq̄ voces apud secre tissimas aures dei nō faciunt verba no stra sed desideria. Etenim eternā vitaz si ore petimus. nec tñ corde desidera mus clamātes tacemus. Si vero desi deramus ex corde etiam si ore ↄticesci mus tacentes clamamus Intus est er go in desiderio clamor secretus qui ad humanas aures non peruenit. ⁊ tñ au ditum ↄditoris replet. hec greg. Mul ti nāq̄ vt dī beatus Augu. voce sonāt. ⁊ corde muti sunt. ⁊ q̄ multi tacent la bijs ⁊ clamant affectu. q2 ad cor hoīs aures dei. Multi ergo clauso ore exau diunt. ⁊ multi magnis clamorib⁹ nō exaudiuntur. Vñ affectib⁹ orare debe mu. hec augus. Ideo amor ⁊ desideriuz faciunt puram orōnem ⁊ dirigunt eā ad dñm. Si quis igit̄ vult sp̄ orare sp̄ debet desiderare. q2 ↄtinuū desiderium ↄtinua est orō. De hoc beatus aug. in glo. sup̄ ps. sic dī. Sine intermissiōe orantes nunq̄ sine intermissiōe genu flectimus. corpus ↄsternimus aut ma nus leuamus. nō possumus hec facere Est alia interior sine intermissiōe orō que est desideriū. quicquid aliud agis si desideras non intermittis orare Si non vis intermittere orare noli inter mittere desiderare. ↄtinuū desideriuz tuuz ↄtinua orō ⁊ vox tua est. Tacebis cum amare destiteris. q2 tacuerunt de quib⁹ dictū est Qm̄ abundauit iniqui tas refrigescet caritas multoꝝ. Frig⁹ caritatis silentiū cordis est. Flagran tia caritatis clamor cordis est. Si sp̄ manet caritas. semp̄ clamas. si semp̄ clamas sp̄ desideras. hec aug. Vñ scḋm beatum ber. Non clamor sed amor cla mat in aure dei. nec tñ p̄pter hoc parui pendēda est etiā orōnis modulatio q2 hec dicta sanctoꝝ doctoꝝ īdo premissa sunt. vt in diuino officio magis sp̄ intē damus deuotioni q̄ clamori. Nam q̄ per officiū oris laudandus sit ip̄e deus de hoc per p̄phetam dī. Confitemini il li in voce labioꝝ vestroꝝ Et iterum ps Cantate ei canticum nouū. psallite ei in vociferatōe ¶ Unde cum can tamus aut psallimus. hoc ip̄m agam⁹ cum discretōe ⁊ moderamine non ni mis clamando. s3 put decet religiosos mediū modū tenendo. q2 d̄s magis at tendit cordis deuotōem ⁊ puritatē. q̄ vocis sonoritatem Et cum cantamus vel psallimus cor nostꝝ quantum pos

sumus dei adiutorio a cogitationibꝫ ⁊
distractionibꝫ inutilibꝫ reuocemus ⁊
ꝯponamus. vt fructū ex hoc spūalem
ꝑcipere valeamus. nā sicut dicit beatus gre
go. Vox psalmodie cū ꝑ intentionem
cordis agitur. ꝑ hanc oīpotenti deo iter
paratur. vt intente menti vel ꝓphecie mi-
sterium vel grā ꝯpunctōis infundatur. hec
greg. A Ergo itez sciendū ꝙ nō so-
luz desideriū cordis sanctū laudat deū
sz etiā bona vita ⁊ iusta. in qua homo
se exercet laudat deū. Quicquid egeri
mus bene agamus ⁊ cū timore dñi illud
faciamus ⁊ laudamus deū. ille enim sp
laudat deū. qui non cessat bene viuere
nam tūc desinit quisqꝫ laudare. cū cepe
rit a iusticia declinare Ista ꝯmemorat
beatus aug. in glo. sup ps dicēs Tota
die laudare deū quis dicat. Suggero
remediū vñ tota die laudes deū si vis.
Quicquid egeris bene age ⁊ laudasti
deū. qñ cantas ymmū laudas deū. lin-
gua tua quid agit nisi laudet ⁊ ꝯsciā tu
a. Tu cessasti ⁊ ab ymno cantādo dis-
cedas vt reficiaris. noli inebriari ⁊ lau
dasti deum. discedis vt dormias. noli
surgere ad maledicēdū ⁊ laudasti deū
Negociū agis noli fraudē agere ⁊ lau
dasti deū Agrū colis noli limitē moue
re ⁊ laudasti deū In innocentia operū
ꝑpara te ad laudandū deū tota die. il
le enim semꝑ laudat deū. qui non cessat
benefacere. Tūc desinis laudare deum
qñ a iusticia ⁊ ab eo qd illi placet decli
nas. naz si a vita bona nūqꝫ declines
lingua tua tacet. vita tua clamat ⁊ au-
res dei ⁊ ad cor tuū inclinas Quo enim
aures nostre ad corꝑ nrm sic aures dñi
ad cogitatiōes nostras Nō aūt potest
fieri vt habeat mala facta qui habet bo
nas cogitationes. facta enim de cogita-
tione ꝓcedunt. Nec quispiā potest ali
quid facere aut aliquid faciendū mē-
bra mouere nisi primo ꝑcesserit iussio

cogitationis. Ergo fratres non tm̄ ad
sonū attendite cū laudatis deum. toti
laudate. Cantet vox cantet ⁊ vita: can
tent facta. ⁊ si adhuc est gemitus ⁊ tri
bulatio ⁊ temptatio spera transitoria
omnia ⁊ illū venturum diem quo sine
defectu laudabimus. hec aug. B
Etiā sciendū s'm dictū venerabilis be-
de illud preceptū aplicum Sine inter
missione orate ꝑficere non valeamus
nisi oēs actus sermones cogitatus ip
sa etiā silentia nostra dño donante di-
rigamus vt singula hec cū timoris illi
us respectu temꝑentur cūcta ꝑpetue no
stre salute ꝓ futura reddantur. hec beda.
Sed ⁊ hoc notandū ꝙ omnipotēs ds
illius ꝑces non audit. qui preceptis
obedire contemnit. nam vbi praua est
actio ibi etiā inanis est oratio. De hoc
beatus grego sic dicit Si id quod preci-
pit deus facimus. id quod petimus ob
tinemus. valde namqꝫ apud deū vtra
qꝫ hec sibi necessario congruunt. vt ⁊
oratione oꝑatio ⁊ operatione fulciatur
oratio. nam illius clamorem tꝑe angu
stie nō audit dñs. qui in ꝑceptis suis
clamantem dominum non audiuit Er
go qui ad aures dei viam precibus fa
cere desiderat. voces actibꝫ munire fe-
stinet. quia inanis est oratio vbi praua
est actio. hec gregorius. Unde necesse
est. ꝙ qui se in suis precibus ⁊ oratio-
nibus exaudiri desiderat. vt peccatum
ꝯmissum prius per penitentiam deleat
⁊ a similibꝫ caueat ac preceptis domi
ni obediat. Ista ꝯmemorat beatus gre.
x. moral. exponens illud verbū. Si nō
manserit in tabernaculo tuo tūc leuare
poteris faciem tuam absqꝫ macula sic
dicens Interna facies hominis mens
est in qua nimirū recognoscimur. vt
ab auctore diligamur. Sed eleuatam
faciē macula iniquitatis si intendentē
mentē reatus sui conscientia accusat

Diffidit namq3 accipe se posse qd ap petit. qui pfecto remiscit nolle adhuc facere qd diuinitus audiuit. Hinc salomon ait. Qui auertit aurē suam ne audiat legē orō eius erit execrabilis. Cor quippe nos in petitōne reprehendit cū resistere preceptis eius quem postulat meminit. et orō eius erit execrabilis cū a censuris auertit legis. qr dignum pfecto est vt ab eius beneficijs sit quisq3 extraneus cuius nimirū iussionibus non vult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remediū. vt cum mens se a memoria culpe reprehendit vt hoc prius in orōne defleat qd errauit. quatenus erroris macula cū fletibꝰ tergit in petitōe sua cordis facies ab auctore munda videat. Sed curandū nimis est ne ad hoc prsus prruat qp se mūdasse fletibꝰ exultat. ne dū deplorata iterū culpa cōmittit in cōspectu iusti iudicis ipsa etiā lamenta leuigent. Solerter quippe debemus meminisse qd dr. nō iteres verbū in tua orōne. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaq3 nos phibet sepe veniam petere. sed culpas iterare. Ac si apte dicat. cū mala gesta defleueris nequaq3 rursum facias qp in precibus iterū plangas. Ut ergo ad pces facies sine macula leuet. ante orōnis tēpora sp sollicite cōpesci quicquid pt in orōne reprobari. taleq3 se mens et cuz ab orōne cessat exhibere festinet. qualis apparere iudici in ipso oratōnis tēpore exoptat. hec gregorius.

Filius.

Vellem scire quare omnipotēs deus nonnunq3 etiam deuotorū hominum orōnes exaudire dissimulat

Ca. IIII Pater C

Scire debes qd plures sunt cāe quare deus nō statim exaudiat pces clamantiū ad se Una causa est ꝑpter elationē mentis. quā incidere possent si effectū petitionis sue cito obtinent et hoc maxime in virtutibꝰ et rebꝰ spūalibꝰ. Alia cā est. qr post assecutōem donorū possent negligētiores existere De hoc iohēs abb. montis sinay sic dr Nō ptristemur dū aliquid postulantes et in longis tpibꝰ nō exauditi fuerimus. qm vellet dñs a vitijs fieri mūdos in vno momento tēporis oēs postulantes et postulatōnes nō reportantes. penitus ꝑpter vnā harum causarū nō suscipiunt postulātes. vel qr ante tps petunt vel qr indigne et vane gloriose. seu qr suscipiētes futuri erant in superbiā extolli vt deinceps post petitionis possessionē viuerent negligenter. hec Johēs abb. Differt ergo ds dare qd rogat vt postq3 donatuz fuerit custodiat diligētius et humilit cōseruet Hoc affirmat cassiodo. sic di. Sicut ignis flatu et ventis impellit vt viuacius animet. sic oratio differt vt postq3 exaudita gratior inueniat. Differt ergo ds dare qd petit vt dilatū petat ardentius collatū seruet diligentius et habeat humilius. hec cassiod. Et ideo vt dr quedā glo. deus sepe petita non exhibet. qr meliora puidet Vn dictū est paulo Sufficit tibi grā mea ad vincendū stimulū quē refugis. quem ad inferenduz petis. qr virtus spūs et mentis in infirmitate carnis perficit. sc3 edocta et expta ad resistendum. hec glo. Etiā vt dr beatus ihero. dñs nr sciens clementie pondera atq3 mēsuras interdū non exaudit clamantē vt eum pbet et magis puocet ad rogandū et q̄ si igne excoctum puriorē et iustiorē faciat. hec ihero. Beatus etiam gregori. xiiij. mora. de hoc sic dicit. Ops deus quid nobis pfuturū esse valeat sciens. dissimulat audire dolentium vocem. vt augeat vtilitatem. vt purgetur vita

per penã. et quietis tranquillitas que hic inueniri non valet alibi queratur. et hanc dispositionis grãm nõnulli etiã fideliũ ignorãt. hec greg. Ergo vt dt ibi dem beatus gre. xxvj. mor. Nemo dif fidere dz. qui tardius audit a dño. nec credat q a supna cura negligatur. sepe enim nr̃a desideria q̃ celeriter nõ fiũt exaudiunt. et qd impleri citius petimus ex ipa melius tradita te psperatur. Desi deria itaq nr̃a p dilectionẽ extendũt vt pficiant vt ad hoc qd pcepturi sunt pualescãt prius in tribulatiõe labor p trahitur pugne. vt crescat corona victorie. Suos g dñs cũ velociter non exau dit quo repellere creditur trahit Interi us q̃ppe est medicus et pctor in nobis cõtagia q̃ inesse medullitus reprobat secat. abscindit virus putredis ferro tribulationis. et quo voces egri audire dissimulat. eo egritudinis finẽ pcurat Hinc enim pphета ait. Clamabo p diẽ et nõ exaudies. et nocte et non ad insipi. mi. ac si diceret nequaq mihi ad insipientiã pficit q die ac nocte clamantẽ me ptinue nõ exaudis. qz vñ me in tri bulatõe tpali q̃si deseris. inde ad eternã sapiam plus erudis. hinc etiaz dz. Adiutor in opportunitatibz in tribulati one. Tribulationem quippe dicturus opportunitatẽ pmisit. qz sepe et in tribu latione puerti mi et tñ opportunũ nõdum est. vt desiderio ereptionis adiuuemur sed cũ clamor noster q̃si negligitur spes que cordi inerat infirmatur et supna adiutoria de futura credimus. qz tardius impetramus. Sed cũ nos desperationis pcella pturbat. pcussa mẽs citius in portũ spei se collocat. si causas suas subtiliter cuz dño pensat. si bona eius ad memoriam reuocat. si mala que bo nis eius reddidit apud semetipm callide non excusat. Si ppendit quid ab eo iuste meruit. et quid clementer acce pit. Si vitã suã viuaciter discutit et añ dei oculos oẽ qd agit exaĩans semetip sum sibi non abscondit. si factã se que nõ erat meminit. si illuminatã se atq subleuatã que in tenebris iacebat agnoscit Hec ergo in semetipa cũcta recolligens. dũ bona accepta cõsiderat aduersa que tolerat nõ accusat. nec desperatione frangitur. que tantor munerum psolatione roboratur. qz spem de futuris recipit. dum transacta beneficia recognoscit. Pensandum est igitur quãti est periculi transacta munera cernere et futura desperare. quanti est piculi si in hac pcella tribulationũ desperationis naufragio frangimur qui ad portum spei velut immensis funibz pteritis bonis ligamur. hec gre. O Plu res etiã sunt cause quare orantes in suis precibz non exaudiuntur Prima est pter excessum culpe sicut sunt illi qui sunt in peccatis mortalibz pstituti De quibz dz ysaie. v. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam vos. Et subiũgit causam. manus enim vestre sanguine plene sunt Item pter teporem orantis qz feruenter et deuote non orat Vñ ihere. ix. Orabitis et non exaudiã vos cũ quesieritis me in toto corde vestro quasi dicat non aliter. nam quesieritis me orando tepide et negligenter nõ exaudiã Item qz orans non pseuerat orãdo donec obtineat Luce. xj. Si pseuerauerit pulsans pter improbitatem eius. psurget et dabit ei. Et iudith. iiij. Scitote qz exaudiet pces vestras si pmãseritis in ieiunijs ac orõnibus in pspectu dñi Item pter diffidẽtiam exauditõnis. vñ dz iaco. v. Qui enim hesitat non existimet q accipiat aliquid a domino. Et eccl. xviij. Ante orõnem prepara animam tuam et noli esse quasi homo qui temptat deum. s. fidelis audire. Item ex eo qz nociuũ

indiscretum est q̄d petimus vt filij zebedei quibꝫ dr̄. nescitis quid petatis. Et iaco. iiij. Petitis ⁊ non accipietis eo ꝙ male petatis. Item vt humiliet̃ orans dū tardius exaudit̃. ⁊ sic duo bona ꝓueniunt. vt viz insolens reprimat̃ elatio ⁊ tn̄ petitionis non cesset̃ affectus vel vt in aliud tp̄s exauditio differat̃ magis ꝯgruum ⁊ vtile petenti. Item aliqñ negat̃ vnum q̄d forte minus expedit. vt ꝓ eo det̃ aliud vtilius ⁊ melius vt paulo ꝯtigit cui stimulus carnis non est ablatus vt virtus in infirmitate ꝑficeret̃ in eo. Utilior est enim sepe exercitatio tribulatōis. ꝙ̄ quies ꝓsperitatis. licet hanc plus optemus. Sꝫ sublatis istis ⁊ alijs impedimētis que pn̄t orōnis bonum impedire. absqꝫ oī hesitationis infidelitate precibꝫ est insistendū nobis. obtenturosqꝫ nos eaꝝ vegetare cuncta que s̃m deū poposcerimus minime dubitandū. hortat̃ enim nos dn̄s volens ea que sunt eterna celestiaqꝫ prestare. vt eū importunitate nostra quodāmodo coarcemus qui importunos nos non solum non despicit nec refutat. sed etiam inuitat ⁊ laudat eisqꝫ prestituꝝ se quicq̄d ꝑseueranter orantes sperauerint benignissime pollicet̃ dicens Petite ⁊ accipietis. querite ⁊ inuenietis. pulsate ⁊ aꝑiet̃ vobis. Et iteꝝ. oīa quecūqꝫ petieritis in orōne credentes accipietis ⁊ nihil impossibile erit vobis. Et ideo ꝓ certo nō exaudiendū se supplicans quisqꝫ non dubitet cū se dubitauerit exaudiri. E

Unde in oratōne duo maxime sunt neccāria. videlꝫ ꝑseuerantia ⁊ ꝯfidentia. Perseuerantia vt in precibꝫ ꝯstanter ꝑseueremus. Confidentia vt illa q̄ petimus a deo obtinere nō diffidamꝰ. Sic igit̃ agentes orōnis fructu neq̄qꝫ priuabimur Et notandum ꝙ misericors deus aliqñ videt̃ benigne deuote orantē respicere ⁊ clementer eius orationibꝫ ꝯsensum prebere ⁊ fauorabiliter annuere desiderio obsecrantis. ⁊ hoc deuote mētis ꝯfidētia solet iudicium exauditōnis esse. nā cū orātes nos nulla interpellauerit hesitatio ⁊ fiduciam nr̄e petitionis nulla desperatio deiecerit. sed obtinuisse nos in ipsa orōis effusione q̄d poscimus senserimus nō ambigamus p̄ces nrās ad deū efficaciter penetrasse. tantū em̄ quis exaudiri atqꝫ obtīere merebit̃ quantū vel inspici a deo vel deū crediderit posse p̄stare. irretractabilis nāqꝫ est dn̄i nostri illa sn̄ia. Quecūqꝫ orantes petitis credite q2 accipietis ⁊ euenīūt vobis Hec aūt exauditōnis fiducia maxime de ꝯscīe puritate ꝓcedit. q2 quāto quis magis purgatū cor habuerit. tanto maiorem ꝯfidentiā ad orōnum obtentū hēbit. nec tn̄ diffidat de exauditōe qñ nō statim ꝓ voto succedit oranti. sed ꝑseuerare dꝫ pulsando donec amicus q̄si ꝯmotus improbitate supplicantis det ei q̄d postulat F Notandū etiā ꝙ nonnunqꝫ tp̄e orōnis mentē hoīs cogitationes immunde ⁊ cure seculares occupant ⁊ impediūt. hoc v̄o ꝯtingit interdū ꝓpter pctā prius ꝯmissa. interdum ex negligētia ꝓpria. interdū etiam per tēptamenta dyabolica ꝓpter pctā p̄terita. tale īpedimentū euenire solet. q2 nouerit ad deū ꝑ pn̄iaꝫ ꝯuersus dū orōni insistit mala prius gesta q̄ ad aīm veniūt q̄ mētē eius ꝯfundūt ⁊ multū impediūt. De hoc bea. gre. in q̄dā omel. sic ait. Dū ab hoc mūdo ardētius aīm ad deū inuitamus. dū ad orōis opus ꝯuertim̄ ipsa q̄ prius delectabilr̄ gessimus īportūa atqꝫ grauia postea in orōne toleramus Uix eoꝝ cogitatō manū sci desiderij ab ocul' cordis abigit̃ vix eoꝝ fantasmata ꝑ pn̄ie lamēta supant̃. sed q̄to grauiori tumultu cogitatōnū

carnalium pmimur. tanto ardentius orõni insistere debemus. hec greg. Ex negligentia vero ppria talia impedimenta eueniunt. qñ aliquis extra orõnem positus se illicitis cogitationibus occupat et mentem suã curis secularibus implicat. Cũ aũt ad orõem reuertitur prius cogitata ad memoriam reuocantur. et idcirco p easdẽ cogitatiões orõnis deuotio impeditur. hec tangit beatus greg. x. moral. sic dicẽs Sepe nã q immunda vel illicita quedã in aĩo versamus. quotiẽs a pcibus vacamus. sed cũ mens ad studiũ orõnis erexerit se eap ymagines reuerberata patitur. quibus libenter prius ociosa pmebatur. et qñ iam faciẽ aĩa ad deũ leuare nõ sufficit. quia in se nimiꝝ inquinata mẽte maculas pollute cogitatõis erubescit. sepe curis mũdi libenter occupamur. Cũq post hec studio orõnis intendimus nequaq se mẽs ad celestia erigit. quia pondus hanc terrene sollicitudinis in profundum mersit. et in pce facies mũda nõ ostenditur. quia cogitatõis infime luto maculatur. hec gre. Immunde etiã cogitationes deuotis viris p tẽptamenta dyabolica eoꝝ cordibus tpe orõnis immittũtur et q̃uis illis repugnẽt. tñ pter hec in sua orõe impediuntur De hoc idẽ grego. ix. moral. sic dr. Preci itaq intendendũ est cũ recte agimus vt omne quo iuste viuimus ex humilitate condiamus. Sed plerũq ipa nostra dep catio tã multis temptationibus quatitur. vt pene a cõspectu iudicis repulsa videatur Et sepe hanc creator misericors perci pit sed quia illibatam se vt vult exercere non valet. sup se iudiciũ reprobatõis pauet Unñ p iob dr. Et cũ inuocantem me exaudierit nõ credo q exaudierit vocẽ meam Plerũq etenĩ mens igne diuini amoris stimulata accenditur. atq intuẽda celestia et archana subleuatur. sed repentina temptatione pcussa que intentione forti erecta in deo fuerat. abortis cogitatõnibus transfixa curuatur. ita vt seipam discernere nequeat atq inter vitia virtutesq deprehensa ex qua pre sit valentior non agnoscat. nã sepe ad hoc vsq pducitur vt miretur quõ tam summa cõprehendit. quam cogitatio illicita polluit. et rursum quomodo illicitã cogitatõem recipit quã ad sup na valide feruor spũs rapit. Quos alternãtes cogitationũ motus in aĩo bñ ps intuens ait. Ascendũt vsq ad celos et descendũt vsq ad abyssos Usq ad celos quippe ascendimus cũ sũma penetramus sꝫ ad abyssos vsq descendimus. cũ repente a cõtẽplatõis ptur pia temptamẽta deijcim. motus itaq aĩe dũ inter vitia se alternant. nimiꝝ sibi rectitudinẽ exauditionis obnubilant Recte igitur dr Et cũ inuocantem me exaudierit quia q̃tumcũq mens ex ipa sua mutabilitate fit trepida. et per hoc q nolẽs patitur repulsam se abiectã q suspicatur. hec greg. Tales aũt male cogitatõnes vt dt glo. quedã dũmodo resistitur eis et que sunt pter voluntatem nõ frustrantur. nec tollũt fructũ orõnis faciũt tñ insipidã deuotõem. hec glosa

G Sciendũ etiã fm beatũ gre. xxxiij moral. q sunt nõnulli intra sanctã ecclesiã. qui plixas pces ad dñm habent sed vitã et mores depcantium non habent. nã celestia pmissa petitionibus sequuntur opibus fugiunt hi nõnũq lacrimas etiã in orõne pcipiũt. sed cũ post orõnis tpa eoꝝ mentẽ supbia pulsauerit. illico fastu elationis intumescunt. Cũ auaritia instigat mox auide per incendia cogitationis exestuant. Cũ luxuria tẽptauerit. illicitis desiderijs anhelãt Cũ ira exarserit mox mãsuetudinem mẽtis flamma insanie cõcremat. vt ergo diximus fletus in orõne perci

piunt. sed expletis precib⁹ cum vitioꝝ
suggestione pulsant. nequaq̃ ꝓ eterni
regni desiderio se fleuisse meminerũt.
Virtutis ergo pondus oratõ nõ habet
quã nequaq̃ ꝑseuerantia ꝯtinui amo-
ris tenet. Veraciter etiã orare est amo
res ꝯpunctionis gemitus ⁊ non ꝯposi
ta verba sonare. hec greg. Qui etiã pa-
tit temptatõem quocunq̃ mõ vt dt ysi
do. ille totiens orõnem suã fundat. qꝛ
frequens orõ impugnatõem vitioꝝ ex
tinguit. hec ysido. Dicit etiam beatus
ambro. Bonũ scutũ est orõ quo aduer
sarij ignita spicula repellunt Unde dñs
monet di. Vigilate ⁊ orate ne ĩtretis
in temptatõem. vigilate inq̃ viriliter
impugnatões repellendo. ⁊ orate diui
nũ auxiliũ implorando. vt nõ intretis
in temptatõem pctõ ꝯsentiendo Quo
tiens etiã vt dt cris. in orõe sumus po
siti. nõ voce clamorosa ds est orandus
sed ꝯscia pura ⁊ recta placandus. qꝛ
nõ est vocis sed cordis auditor. Orãs
nihil nouũ faciat. vicz aliquos gestus
notabiles q̄ aspiciant hoĩes. nec voce
clamet. nec manus expandat. nec ocu
los tollat vt notabilis fiat. Orõ eĩ est
quasi quoddam tributum spũale qd aĩa
offert de visceribus suis. Quanto ergo
gloriosior est. tanto cautius seruanda
ne ꝓpter hoĩes videlicet per vanã glori
am vilescat. hec cris. ¶ Non au
tem solum ꝓpter vanã gloriã euitãdã
cũ silentio est orandũ. sed etiam ꝓpter
alias cãs quas ꝯmemorat cyprianus
ita dicens. Non clamorosa voce ore-
mus deum sed tacito corde ꝓpter tria.
Primo. qꝛ non vocis clamorose est au
ditor sed magis cordis. ⁊ ergo ꝯscia
pura ⁊ recta in orõne est pulsandus.
Scdo qꝛ secretas petitões tuas non
oportet alterũ scire nisi te ⁊ deũ. Tercio
qꝛ clamorose orans nõ pmittit alterũ
iuxta te orare. hec cypri. Debemus er

go clauso ostio ⁊ cum silentio patrẽ ⁊
dñm nostrũ exorare Et quõ hoc fieri de
beat ysaac abb. in collatio. patrũ decla
rat sic dicens. Sane ante oĩa illud p̄-
ceptũ euangelicũ diligẽtius est obser
uandũ. vt intrantes in cubiculũ nostrũ
clauso ostio oremus prẽm nostrũ. qd a
nobis tunc implet si intra cordis cubi
culũ supplicemus ⁊ cũ ab omni cogita
tionũ siue solicitudinũ strepitu cor no
strũ penitus amouentes secrete quodã
modo ⁊ familiariter p̄ces nostras dño
referamus Et clauso ostio oramus cũ
strictis labijs omniq̃ silentio supplica
mus non vocũ sed cordium scrutatori
In abscondito oramus qñ corde tm̃ ⁊
intẽta mente petitões nostras soli deo
pandimus. ita vt ne ipse quidẽ aduer
se valeant ptãtes genus nostre petitio
nis agnoscere. ꝓpter qd cũ summo est
silentio orandũ. non solũ ne frẽs oran
tes nostris susurrijs vel clamorib⁹ auo
cemus ⁊ orantiũ sensib⁹ obstupamus
sed vt ipsos quoq̃ inimicos nr̃os qui
orantib⁹ nobis maxime insidiant la-
teat nr̃e petitionis intentio. hec ysaac
abbas J ¶ Hoc etiã sciendũ q̄ iiij
sunt q̄ orõem deo appropinq̃re ⁊ ad ip
sum puenire faciunt. Primũ requirũ
tur vite merita Unde actu. x. Orões tue
⁊ elemosine ascẽderunt añ deũ. ⁊ dat
spũales alas precib⁹ quib⁹ ad deũ scã
orõ puehit. Scdo mentis mundicia
qꝛ quanto mens purior. tanto oratio
deo ꝓpinquior. Unde beatus aug. sup
illud ps. Clamaui in toto corde exau
di me. sic dt. Tũc in toto corde clama
tur. qñ in orõne non aliunde cogitat.
Tercio orandi instantia. qꝛ quasi dif
fidit qui instare obmittit. Unde domi
nus dicit. Quicquid orantes petitis
credite qꝛ accipietis Dicit autẽ Jaco.
v. Multũ valet depcatio iusti assidua
Quarto cordis humilitas De hoc dt

Eusebius Securus de precū suaꝝ obtentu ad xp̄m p̄t accedere. qui se indignū nō cessauerit estimare. Et de dn̄o p ps̄ dr. Respexit in orōem hūilium ⁊ nō spreuit p̄cem eoꝝ. Unde ꝯm dictū beati gre. Ille verā orōem exhibet. qui semetipsum qui puluis est hūiliter videt. qui nihil sibi virtutis tribuit. qui bona que agit esse de mīa ꝯditoris agnoscit. hec greg. R Sed ⁊ sciendū hoc ꝙ tres sunt modi orādi. Primus fit p vba ꝯposita ⁊ visitata cū ps. ymnos ⁊ collectas aliasq̧ orōnes vel laudes ꝯpositas ad excitandū deuotionē vel ad soluendum debitū vel horaꝝ canonicaꝝ recitamus. legimus. ⁊ decātamus. Scd̄s modus orādi est qui fit p vba ex ꝓprio affectu formata ⁊ est efficatior vt qn̄ homo cū deo familiariter ꝯfabulat vbis affectui suo ꝯsonantib qs̄i cū deo p̄sente cor suū effundēs vel necessitates suas ei ꝯquerens. vel pctā ꝯfitens. ⁊ mīam postulans. gratiam petens. ⁊ auxilium implorans ꝯtra temptationū picula ⁊ tribulationum grauamina vel quascūq̧ suas vel suoꝝ necessitates. hic modus orandi requirit oportunitatē solitudinis al's silentij circa se ⁊ ocij vt eo plenius ⁊ securius suū in deum affectum effundat Tercius modus orandi est mentalis cū tacito ore sola mens desideriū suū pandit. ⁊ affectū cordis effundit ⁊ eū intus p amorē amplectit. et cū reuerētia adorat. ⁊ veneratur tanto lacius se in deū effundēs q̄to plura valet affectus ꝯphendere q̄ exprimere dicēs. Dn̄e an̄ te omne desideriū meū ⁊ gemitus meus a te nō est absconditus. De hoc dn̄s dt. Ueri adoratores adorabiliter adorabūt patrem in spiritu ⁊ veritate Spūs ē deus. ⁊ qui adorāt in spū oꝫ adorare Et hec orō magis videt ꝓpria cū deus magis cor attendat q̄ verba. sed verba ideo apponimus vt cū mēs pigra est ad se eleuandum in deū p verba orōnis suffulta inuet. vt memoria deo inhereat. intellectus sursū tendat affectus p deuotionem inflāmatus gustet. q̄ suauis est dn̄s ex intentione sacre orōnis inflatus. Ualde etiam delectabit deus in hoc vt oret ꝓpter multiplicem orātis vtilitatē. s. vt deo indesinenter inhereat qd̄ summe ē homini vtile inter oīa. iuxta illud. Maria an̄t optimā ptē elegit. Item vt habundātiori affectu deuotōis in amore dei excrescat in deo. benigne prouidet nobis occasionē. qua sepius ad orōem stimulemur siue p nobisipsis siue pro alijs orando. aut p malis amouendis. aut p bonis ꝯsequendis. vt cum affectus deuotionis tepescit ad vnū. in alio recalescat. sicut ignis subijciendo ligna ꝯtinue ne deficiat restaurat. magna silua habunde ligna supplicationū ministrans sunt ꝓpria pctā quotidiana ⁊ antiqua. Magna silua negligētie nostre ⁊ miserie ⁊ defectus vtutū ⁊ gratiarū ac vitia tam spūalia q̄ carnalia temptationes ⁊ varij euentus. quibus pulsamur incommoda que patimur ⁊ timemus p quib dolemus taꝫ p nobis q̄ p alijs. quoꝝ miserijs ꝯpatimi. hec sunt que multā deuotionis materiam qs̄i ppetui ignis nutrimenta ministrāt quo supposito opis holocaustum odorē reddat suauitatis. Affectus em̄ amoris ⁊ sancti timoris cum feruore bone voluntatis in spū humilitatis ⁊ motu pietatis ⁊ gaudio spei nunq̄ debet in corde dei extingui. Ista nāq̧ sunt in quib virtus deuotōis maxime ꝯsistit semp etiam debet mens p aliquam occupationem assuescere se ad deum erigere. orando supplicando ⁊ deo grās agendo laudando pro diuersis causis se omni tempe offerentib. iuxta illud

Oportet semper orare et non deficere. Et ps Benedicam dñm in omni tempore semp laus eius in ore meo. Quanto enim quis frequencius orat tanto fit ei oratio delectabilior. et quanto rari9 tanto insipidior et tediosior fit. sicut experientia sepe docet. Qui ergo oratoni vult itendere assuescat oratõi aliquando vacare. deinde sepius ad orationem recurrere. postea diucius in orõe persistere. tandẽ frequenter orõi incũbere. nec p fastidio vel leuitate desistere nisi quãdo vel corporalis debilitas. vel vrgens necessitas. aut rõabilis vtilitas interueniat et iterum reuertatur in idipsũ ne p diutinã abstractõem tedeat i dissuetudinẽ orandi et refrigescat affectus. Percurrat ad singulos modos orandi. et diuersis modis petitões suas formet ac diuersas petitões attẽptet vt tandẽ in aliqua deuotione affectũ cõcipiat et illi inhereat quandiu sapiat. si aũt debilitas capitis aut tocius corporis impedit tunc breuis et sepius oret et euagationes mentis cohibeat et sensus exteriores sub disciplina retineat. et dei auxiliũ ad singula humiliter inuocet vt pacienter si, pvoto assidue nõ succedat sustineat ac in oratiõis virtute loco et tempore ꝯgruo iugiter pseueret.

Filius

Desidero etiã scire aliqua de duocione ac amorosa ꝯpunctõe que solent ex oratõis virtute nõnũquam generari seu procedere.

Capitulum V Pater L

Scire debes qd deuotio sepius solet excitari tpe orationis. precipue cũ hũiles ad dñm fundunt orões. Est aũt deuotio ipa pius et humilis affectus in deũ ex ꝯscia ꝓprie infirmitatis. Pius ex cõsideratõe diuine clementie. De q dic Rich. d sancto victo. Deuotio est feruida mentis in deũ dilectio. que virt9 magna est. Nam virtus vere deuotionis hoiem filiũ dei facit. anim hũanũ deo coniungit. et cũ eo quasi vnũ spũm efficit. qui enim adheret deo vnus spũs est. M Et notãdũ q deuotio cordis multũ valet ad opus orõis. qr ipa preces que orãdo offerunt reddit valde acceptabiles corã deo. nã mens deuota vt dt beatus Gre. xv. mo. in precibus ad auctoris sui speciem anhelat diuinis desiderijs inflãmata supernis coniungitur. ab inferioribus separatur amore feruoris sui se apit. vt capiat et capiens inflãmet et supna amare iam rursum ire est. dũque magno desiderio ad celestia inhyat. miro modo hocipsum qd accipe querit degustat. hec gre. Jn de etiã ẽ q dt beatus Ambro. Cũ anime duotionẽ cognouerit cristus venit et pulsat ianuam dicens. Aperi mihi soror mea. Et bñ dicit Quia nupcie spũales sunt verbi atque anime ait ergo Aperi mihi noli apire aduersario neque locũ des dyabolo. Api teipsam mihi noli coartari sed dilatare et adimplebo te. Et qr decurso orbe terrarũ plus molestiarum et offensiões repi. nec facile habui vbi requiescerem. iõ tu api mihi. vt filius hoĩs caput reclinet. cui nõ est nisi sup humilẽ et mansuetũ requiescere et si adhũc corpe mihi adesse nõ vales. mente adesto. mihi enim omnes pñtes sunt. quorum fides mecũ est. Adẽ mihi qui exijt de seculo. Adest mihi q me cogitat. qui me intuet. de me sperat. cui ego porcio sum. hec Ambrosi9 Et notandũ q nõ solũ deuotio necessaria est in actu orõis verũeciã omne opus bonũ qd exercemus necesse est. vt deuotõis gratia impinguet et i hylaritate cordis oĩa faciamus. Sed q hanc grãm hře desiderat oportet vt se

cularia desideria relinquat q2 non mi sceri vera pñt vanis eterna caducis. spūalia corporalibus bono modo vmi ri poterunt. Unde animus secularibꝰ ꝛ carnalibus desiderijs poccupatū de uotio ꝛ spiritalis declinat delectatio. N De hoc beatus ber. ita dicit. Ne cesse est vt querat deuotōis grām quis quis seminauerit bona operū semina vt bona opa feruore deuotōis ꝛ dul cedine spūali condiantur. Nimirū pñie opera ꝛ labores abstinentie deuo cionis gracia necesse est impinguari. Oportet em̄ vt in hūilitate omnia fa ciamus. Nempe res cordis est gratia deuotionis. sed hoc munere ip̄e se pri uat qui internū ei dissimilat recepta culum exhibere. poccupatum nempe secularibus desiderijs animū delecta cio sancta decliat nec misceri poterūt vera vanis eterna caducis spūalia cor poralibꝰ. summa ymis vt pariter sapi as que sursum sunt ꝛ que sup terram. Rennuat anima tua ꝯsolari in alijs si vis in dei memoria delectari. precio sa quidē diuina ꝯsolatio est. nec omni no tribuitur admittentibus alienam Cuius mens ad alienas ꝯsolationes inhyat ꝛ non penitus rēnuit ī caducis ꝛ transitorijs cōsolari ip̄e sibi pfecto subtrahit graciā ꝯsolationis celestis. Errat omnis si quis celestem dulcedi nē huic cineri diuinū illud balsamū huic vermi carismata illa spūs misce ri posse huiusmodi illecebris arbitra tur. Longo putes te posse illū meracis simū spūm suscipere. nisi carneis istis ꝯsolationibꝰ renunciaueris. hec bern̄. Nulla etiā vt dt Eusebius excogita ri poterunt in hac vita veriora gaudia q̄ sint mentis ip̄a tripudia que ex de uotione internā delectatōꝫ ꝛ ex laude ꝯtingūt diuina. hec Eusebius O Et notandū q pfecta deuotio tūc per ficitur in hoīe, cū perfecte fuerint ani me rationalis potentie hoc est cū rō fu erit veritatis luce illustrata volūtas af fectione caritatis īflāmata. memoria vero in deo stabiliter, put in via licꝫ q̄ etata. nam in creatiōe hoīs rō ei data fuerat. vt deum ꝯgnosceret. voluntas vt deū ꝯgnitum diligeret. Memoria vt in deo ꝯgnito ꝛ amato dulciter req escceret. Sed per peccatū ratio facta ē ceca vt sepe velit malum p bono volun tas feda ꝛ memoria instabilis vt ma gis velit in fedis delectari ꝛ vilibus occupari q̄ deo vacare. He vero tres potentie aīe sic deformate cū p spiri tualia exercicia ꝛ ꝯtinuū conatuꝫ bo noꝝ operū reformate fuerint, tunc dici tur deuotio hoīs interior esse pfecta. Est aūt ratio pfecte reformata cum p mentis excessum sup se rapit ꝛ lumi ne diuine intelligētie illustrata puris sima mente deū q̄tum in hoc mortali corpe possibile fuerit ꝯtemplat. Si militer voluntas pfecte reformabitur cū ip̄a trāsmutata in amorem dei fue rit. ꝛ deo adherens p conformitatem voluntatis vnus cuꝫ deo spūs efficit. Iteꝫ memorie reformatio tunc plene perficitur cū tota hoīs memoria in do ē absorpta p mētis excessū q̄tū ī hac pegrinatione possibile est suiq ipsi ꝛ oīm que sūt oblita verā iā gustās sa pientiā ꝛ inebriata ab vbertate domꝰ dei feliciter requiescit. P Deiñ videndū est de ꝯpunctōe. q etiā freq̄n ter generari solet ex virtute orōis. hō nāq deuotus cū ī actu oratōis fuerit ꝯstitutus occurrūt mēti eius peccata pterita, p quibꝰ ꝯpungit vel si iā pur gatus est ab eisdē facinoribꝰ tūc cōci pit spē futuroꝝ bonoꝝ. ꝛ magno desi derio afficit diuine caritatis. nā quis quis ad deū ꝯuertit. prius timore pe ne deinde amore celestis patrie ꝯpun

gif. De hoc in quodã ſmõe ſic dicif. Quiſquis dño pconverſionẽ iũgif. primus tormento ꝑ timore. poſt amorẽ premioꝝ ɔpungif. Vñ peccata noſtra fletib; amariſſimis diluamus vt in ſpe venie robuſti ɔſurgamus. Cũq; lõgo vſu penitentie minutus fuerit metus penaꝝ ſuccedit deſideriũ ſediũ beatorꝝ ⁊ ɔcurret illapſu ſuauiſſimo cor noſtꝝ totus ĩpeditus diuine caritatis. quaz prius totã nõ admiſit pondus formidoloſitatis. Ubi ɔſiderandũ ꝙ poſt peccata ꝑpetrata ſm maius ⁊ minus requirif penitentia ⁊ ɔpunctio ſeu effuſio lacrimaꝝ añq; hõ reformetur ad ſpem venie ⁊ ad fiduciã beatitudĩs eterne. Habita vero fiducia multo anxi⁹ ⁊ vehemencius ingemiſcit ex deſiderio futuroꝝ bonoꝝ q; prius fecerat ex formidine maloruz aliqñ ɔmiſſoꝝ. Hoc affirmat rich. de ſanc. vic. ita dicens Poſt multas penitentie lacrimas tandem ad ſpem venie reducimꝰ. ⁊ vix aliquando multis fletib; gemitib; ⁊ ſuſpirijs inenarrabilib; ad beatitudĩs certitudinẽ reformamꝰ. ſemel aũt ſumpta eternoꝝ fiducia. multo anxius mꝰ tõ vberius ĩgemiſcim⁹ ⁊ flemus q; p⁹ fecimus ſub formidine maloꝝ qñ cupimus diſſolui eſſe cum xp̃o certi de repoſita nobis corona iuſticie. Amoris eĩ lacrime ⁊ acrius ⁊ vberius decurrunt ⁊ afficiunt. Hinc ꝑ quendã dicitur. Ecce ĩ pace amaritudo mea amariſſima magna nãq; amaritudo eſt in conuerſione qñ quis renuncians ſeculo ad religionem ɔuertif. maior aũt ĩ temptatõe qñ abnegans ſemetipm̃ in numeris inimici tẽptatõib; fatigatur Marie aũt in eterne atq; interne dulcedĩs expectatõe. ⁊ in ĩpacientis deſiderij dilatione. qñ in pace illa que exupe rat omnẽ ſenſum ex pte deguſtata ad illã tam plene nõ admittitur. Multũ quidez vexat hoĩez cũ dereliquif amor mundi multo amplius ſiue arcius tũc cruciat cũ calcaf amor ſuꝑ deũ tñ ſuꝑ omnia trãffigit ⁊ penetrat cor hoĩs et excoquit deſiderij eſtib; amor dei Vñ eſt vox illa. Sitiuit anima mea ad de. fon. vi. Beatus etiã gre. de hac dupli ci ɔpunctõe ſic ait. ❡ Notandũ ꝙ principaliora grana cõpunctõis ſunt duo. qr deũ ſciens anĩa prius timore ɔpungitur. poſtea amore prius ei ſeſe in lacrimis afficit. qr dũ maloꝝ ſuorũ recolit. ꝑ his pati ſupplitia eterna pertimeſcit. Sed cũ longa merorisanxietate formido fuerit ɔſumpta quedaz iaz de preſũptõe venie ſecuritas naſcitur. ⁊ in amore gaudioꝝ celeſtiũ anĩ⁹ inflãmaf. ⁊ qui prius flebat ne duceretur ad ſuppliciũ poſtmodũ flere amariſſime incipit qr differf a regno. Cõ templaf eñ mens qui ſunt illi angelorũ chori. que ipa ſocietas beatoꝝ ſpirituum. que maieſtas interne viſiõis dei ⁊ ãplius plãgit qr a bonis ꝑhẽnibus deeſt q; flebat prius cum mala eterna metuebat ſicq; fit vt ꝑfecta ɔpunctio formidinis trahat anĩm ad ɔpunctõz dilectõis. Sed ipa gratia lacrimaꝝ querenda eſt a creatore noſtro cũ magno cordis gemitu. hec gre. Notandũ etiã ꝙ ɔpũctio timoris amaritudinẽ habet ɔpunctio vero amoris dulcedinẽ naz ɔpuncto timoris triſtes lacrimas ꝑducit. amor autẽ letas lacrimas mouet. De hoc dr̃ Rich. de ſanc. vic Prius omnis homo ɔpungitur timore. poſtmodũ vero compungif amore. Cõpunctio timoris amaritudinẽ h; con punctio amoris dulcedinẽ. Qui igif ſolo adhuc timore ɔpungif cibis quidem ſpiritalib; minime tñ dulcib; paſcif. qui vero iã eternoꝝ gaudioꝝ deſiderio lacrimas fundit ipe ꝑfecto dulcibus cibis ſpiritalib; ſe reficit. Cũ ĝ

cepit homo ille interior domesticū su
um talib⁹ cibis reficere. pōt de eo vera
citer psallere. Qui mecū dulces capi
ebas cibos talib⁹ ꝙ̃ studijs ꝙ̃to vterq̃
hō ad puritatē āplius ꝓficit. tāto vti-
q̃ alacrius currit. hec Rich. Beatus
etiā gre. de hoc sic dt. Aliter em̄ quisq̃
ꝯpūgit̄. cū interna intuens maloꝝ su
oꝝ pauore terret̄. Alit̄ cū gaudia sup
na ꝯspiciēs spe q̄dā ꝛ securitate robo
rat̄. illa ꝯpūctō afficientes ac tristes
hec vero letas lacrimas mouet. Omni-
potens nāq̃ dn̄s vnde mentē nostraꝫ
visitans ad amorē suū sublimiter eri
git. iñ hanc ꝑ lacrimas suauiter affli-
git. ꝛ dū ꝑ fletū intus ad sūma rapit̄.
penā suā libens gaudensq̃ mirat̄. et
dulciter cruciet̄ ꝛ penaliter ꝯsoletur.
Compunctō em̄ cordis nostri dies fe
stus ē dn̄o. cū ī lacrimis ꝓ amore ei⁹
assidue mens mouet̄. hec gre. Sed et
hoc notandū ꝙ lacrime deuotōis non
querūt remissionē peccatoꝝ. sed poti
us bn̄placitū ꝛ gr̄am dei patris. Vn̄
differentia est inter lacrimas deuotō-
nis atq̃ lacrimas pn̄ie ꝛ confessionis
Longe tn̄ amplius p̄cellūt lacrime q̄
ꝓcedūt ex affectu supne cōpassionis.
De hoc bea. ber sic dt. In lacrimis de-
uotōis nō indulgētia peccatoꝝ sꝫ be-
neplacitū querit̄ dei patris. cū descen
dit in nos spūs adoptōis filioruꝫ testi
moniū ꝑhibens spūi nr̄o ꝙ filij dei su-
mus ꝛ melliflua de celo mereamur vo
cē audire. Quia vere deus pater in no
bis ꝯplacet sibi nec parꝝ distat inter la
crimas deuotiōis ꝛ lacrimas pn̄ie et
ꝯfessionis. Verūtn̄ longe amplius v
trisq̃ p̄cellūt. Alie quidē lacrime qui
bus infundit̄ sapor vini. illas ego lacri
mas in vinū mutare dixeri. que frater
ne ꝯpassionis affectu in feruore ꝓdeūt
caritatis. ꝓ qua etiā ad horaꝫ tuijpsi⁹
īmemor esse sobria quadā ebrietate vi
deris. hec ber. Teste nāq̃ beato Gre.
Qui ꝓ peccatis alienis interueniūt et
ꝯpūgunt̄. sua an̄ dei oculos tergūt. q̄r
ip̄a caritate se iustificant. qua ꝓ alie-
nis iniquitatib⁹ se in lacrimis mac-
tant. nec duꝝ dꝫ esse ꝓ alienis peccatis
lacrimas fūdere. q̄r cristus nostra por
tauit in cruce. hec gre. Acceptior est ꝙ̃
orō corā deo quā nō necessitas sed ca
ritas fraternitatis transmittit. Vn̄ cri
so. sup math. de hoc sic dt. ꝓ se neces-
sitas orare cogit. ꝓ alijs autēꝫ caritas
fraternitatis hortat̄. Dulcior autē est
an̄ deū orō nō quā necessitas trāsmit-
tit. sed caritas fraternitatis ꝯmendat
Hec cris. S Sūt etiā. iiij. genera
ꝯpunctōis quib⁹ aīa iusta vehement̄
afficitur. De quib⁹ beatus gre. xxiiij.
moraliū sic ait. Quatuor quippe sunt
qualitates quib⁹ iusti viri aīa in cō-
punctōe vehementer afficit̄ cū aut ma
loꝝ suoꝝ reminiscit̄ ꝯsiderans vbi fuit
aut iudicioꝝ dei sententiā metuens ꝛ
secū querens cogitat vbi erit aut cum
mala vite presētis solerter intendens
merēs ꝯsiderat vbi est. aut cū bona su
perne patrie ꝯtemplat̄ que q̄r necduꝫ
adipiscit̄. lugens conspicit vbi non ē
Malorum suoꝝ Paulus meminerat
ꝛ ex eis se in quibus fuerat affligebat
cum diceret. non sum dignus vocari
apl̄us q̄r persecutus sum ecclesiā dei.
Rursum diuinū iudiciū pensans ī fu
turo mala esse metuebat dicēs. Casti
go corpus meū ꝛ in seruitutē redigo.
Rursum mala pn̄tis vite pensans ait
Dū sumus ī corpore pegrinam̄ a dn̄o
Et video aliā legeꝫ in membris meis
repugnantē legi mentis mee. Et rur
suꝫ bona eterne vite ꝯsiderabat dicēs
Videmus nunc ꝑ speculū ī enigmate
tunc aūt facie ad faciē. Nunc cogno
sco ex ꝑte. tūc aūt ꝯgnoscā sicut ꝛ cog
nitus sum. hec gre. Et notandū ꝙ per

hec duo vicȝ ꝑ feruidã deuotionē ⁊ ꝑ amorosam ꝯpunctionē sentit̃ ⁊ agnoscitur deus aduenisse et principaliter adesse in corde ⁊ aīa vniuscuiusqꝫ deuoti hoīs dilectum dn̄m suum aduenisse senserat. cū deuotione feruida esset ꝯstitutus bea. Augu. cuȝ sic diceret Quid est illud dulce qđ in recordatōe dei mei me tangere solet ⁊ tam suauit̃ afficere. vt iam totus quodāmō a memetipso alienari videor ⁊ nescio quo abstrahi incipiā subito innouor ⁊ totus īmutor ⁊ bene mihi esse incipit vltra qꝫ dicere sufficiā. exhylarat̃ ꝯsciēcia in obliuionem. venit omnis p̄teritorꝫ dolorꝫ miseria. exultat animus. clarescit intellectus. cor illuminat̃. desideria iocundātur. iam iamqꝫ alibi nescio vbi me esse video ⁊ quasi amplexibus amoris intus teneor ⁊ nescio qđ illud sit ⁊ tn̄ illa retinere semper ⁊ nūqꝫ ꝑdere toto nisu laboro. luctat̃ qđāmodo delectabiliter animus. ne recedat ab eo qđ semꝑ amplecti desiderat quasi in illo desideriorꝫ oīm finem inuenerit summe ⁊ ineffabiliter exultat nihil amplius querēs. nihil vltra appetens. semper sic esse volens. Nunquid ille est dilectus. vere ille est dilectus meus. qui visitare me venit. sȝ venit inuisibilis. venit occultus. venit vt tangat me. non vt videat̃ a me venit non vt totū se infundat. sed vt gustandum se p̄beat. non vt īpleat desideriuȝ sed vt trahat affectū. hec Augu. ꝙ etiā amorosa ꝯpunctō sit signū aduentus dn̄i in animā. De hoc beatus ber. ī tractatu de scala claustrali. sic ait. Ostende qn̄ hec facies. qn̄ experiem̄. ⁊ quod signū aduentus tui. nunquid hꝰ ꝯsolationis ⁊ leticie nuncij ⁊ testes sunt suspiria ⁊ lacrime. Et si ita est noua est ista significatio ⁊ inusitata. que em̄ est ꝯuencio ꝯsolationis ad suspiria ⁊ leticie ad lacrimas si tn̄ iste sint lacrime ⁊ non pocius roris interioris desuper infusi superfluens habundat ad interioris hoīs indiciū ⁊ exterioris hominis expurgamentū. Un̄ sicut in baptismo puulorꝫ ꝑ exterioris hoīs ablutionem figurat̃ ⁊ significat̃ īterioris aīe absolutio ita ecōuso ex īteriore ablutōe exterior ꝓcedit purgatio. O felices lacrime ꝑ q̄s īteriores macule purgāt̃ ꝑ quas peccatorꝫ incendia extinguūt̃. beati qui sic lugetis qr ridebitis ¶ In his lacrimis agnosce aīa sponsū tuū amplectere desideratū. nūc torrente voluptatis te inebria. suge ab vbere ꝯsolatōis lac ⁊ mel. hec sunt em̄ munda munuscula ⁊ solatia. que tibi cōtulit sponsus scȝ gemitus ⁊ lacrime ⁊ attulit tibi potū in his lacrimis in mensura. hee lacrime sūt panes tibi die ac nocte. panes itaqꝫ ꝯfirmantes cor hominis ⁊ dulciores sup mel ⁊ fauū. O dn̄e Jhesu si adeo dlces sunt iste lacrīe que ex memoria tua ⁊ desiderio tui excitantur qꝫ dulce erit gaudium qđ ex manifesta tua visione capiet̃. si adeo ē dulce flere de te qꝫ dulce erit gaudere. hec Bern̄ ¶ Quo aūt hec vicȝ feruida deuotō ⁊ amorosa ꝯpunctio maxime ꝑtinent ad arrā desponsatiōis. q̄ geritur inter cristū ⁊ aniam. nā ille q̄ ī futuro se nobis ad videndū ⁊ ꝑpetuo ad possidendū dabit. nūc i p̄nti vita aliqn̄ vt qꝫ dulcis sit agnoscamus se nobis in gaudiū prebet. vt eo feruēti9 ipm in hac peregrinatōe diligamus ⁊ ad eū ꝑuenire ac ipȝ eternaliter possidere ꝯcupiscamus. Considerandū etiā ꝙ sunt multa deuotōnū vel ꝯpunctionū genera. possunt tn̄ in. vij. distīgui differentias. iuxta singulorꝫ affectionum varietates. aut em̄ surgit deuotio ex timore. aut ex dolore. aut ex desiderio. aut ex ꝯpassione. aut ex amore.

aut ex gaudio. aut ex admiratōis stu-pore. Ex timore. vt cū qs ꝯpūgitˀ tio re futuri supplicij. vel cū timet derelin qui ꝓpter demeritū peccatoꝝ suorū di-cens deo. Ne reminiscaris dn̄e pecca-ta mea neqꝫ vindictam sumas de pec-catis. Scd̄o ex dolore cuꝫ quis dolet se offendisse ꝛ grām eius amisisse. vel cū dolet se tam paꝝ ꝓfecisse ꝛ tam pui meriti esse se apud deū. ꝛ in tantis dei oculis displicere. Tercio ex desiderio cū spirat ꝛ anhelat ad gratiā virtutum ampliorē ꝛ ad familaritatē diuine su auitatis. vel ad xp̄i p̄ n̄ciam in celo vl' ad talia sancta desideria adimplenda Quarto ex cōpassione vt cristo passo pie ꝯpatimur ꝛ gladius ille aīaꝫ deo fidelē trāsuerberat ꝛ vulnerat. qui ma rie matris eius aīam ptransiuit. aut cū ꝓximoꝝ incōmodis aut aīaꝝ picu lis ꝯpatiˀ. ꝛ zelus domus dei ꝛ iniu-rie deo illate ꝯmedunt eā. nec sinūt eā dormire somno dissimilatōis. quin v ratur ad singuloꝝ scandala ꝛ torquea tur ad singuloꝝ calamitates. Quinto ex amore diuino cū recolit q̄ȝ benigne secum egerit. ꝛ quanta sibi beneficia ī digno ꝛ īmerito ꝯtulerit. vl' cū pensat generalia bn̄ficia omni humano gene ri īpēsa p īcarnatōis ꝛ passiōis bn̄fi-cia et sacri altaris ꝛ spūssancti sacro-sācta carismata. Sexto ex gaudio sur git deuotio cum homo exultat in dn̄o memor beneficioꝝ eius vel cum in spe gratie eius ꝯfidit se esse d̄ numero sal uandoꝝ vel gratulaˀ saluti ꝛ ꝓfectui ꝓ ximoꝝ. vel cū exultatōe spūs ꝯgaudet glorie beatoꝝ. Septimo ex admiratō nis stupore cū illuminato ītellectu ful gore sapientie stupet magnitudinē po tentie dei. ꝓfunditatem sapientie. et suauitatē benignitatis eius vel distric-tionē iudicioꝝ eiꝰ. ꝛ quicquid de natu ra diuinitatis eiꝰ ꝛ gloria maiestatis eius menti occurrerit. Ex tali inqꝫ cō sideratione obstupescit animus ꝛ pio quodā affectu erga eū accendiˀ ꝛ affi citur A Sed ꝛ hoc notandum ꝙ plerūqꝫ hoīes deuoti etiā duꝫ magis conanˀ habere deuotōis gratiā minꝰ habeant. ꝛ cū vehementius instant ari diores ꝛ duriores corde fiunt. Et mlˀ ti ex hoc grauiter ꝯtristanˀ interp̄tan-tes ꝛ asserentes ꝙ forte īdigni sint vi sitatōe diuina. Sed cū hmōi incertuꝫ est vtꝝ sint digni amore dī vel odio pos sumus tn̄ f̄m ꝯiecturas aliquas colli-gere ratōes cur deus subtrahit bonis gratiā deuotōis cū eā libenter haberēt ꝛ instancius querunt ꝛ possunt super hoc quinqꝫ assignari rōes. Pr̄ia ē hu miliatio. q2 magis humiliaˀ homo cū nō habet tunc deuotiōis gratiā q̄n eaꝫ diligenter querit ꝛ eam desiderat ha-bere. vt puta in diebus solennibus vel q̄n vult cōicare. naꝫ tali t̄pe in seipso confunditur ꝓpter carentiā gratie diui ne ꝛ ideo hūiliaˀ. Scd̄a rō est purga tio peccati. q2 forte per aliq̄ exercitia minus purgatus est homo vel aliq̄ ha-bet d̄licta. que nō recolit vt dignus ac cedat ad eucharistiā ꝛ amplius purge tur a peccato in hoc punitur ī quo ma-gis dolet q2 quilibet deuotus maxime dolet de subtractōe gratie ꝛ iō quanto dolor est grauior tanto purgatio est ef ficatior ꝛ maxime q2 forte alio temp re minꝰ studiose q̄siuit deuotiōis gra ciā vel oblatā negligencius ſcepit nec dignas p ea gratiaꝝ actōes retulit. pu niˀ mō in quo peccauit. vt tūc illa care at gratia cū desiderat quā an̄ neglexit cū hr̄e poterat ꝛ cautior d̄ cetero ī hac p̄te fiat. Tercia rō est vt ex priuatione gratie fiat eruditio magna hoīm. ꝙ a deo fit ip̄a gr̄a nō ab hoīe ꝛ nō p̄t eam hō ꝓ volūtate arbitrij sui hr̄e sed a deo qui dat ex se ꝛ q̄n vult infundit ꝛ quā

do vult subtrahit,put sibi placet ꝛ put
accipienti videt ꝯuenire. Ergo ex gra
tia sua dat affctm̄ deuotionis nō ꝑ me
rito hoīs q꞉ si semper daret cū querit̃
ꝛ non daret nisi quereretur.putaretur
ideo dare tm̄ quantū merita require/
rent. ꝛ nō scd̄m libertatē.iō qn̄ꝗ stu/
diose querentibꝫ negat ex iustitia ꝛ n̄
querentibꝫ qn̄ꝗ dat ex gratia vt ad se
trahat.Quarta ratō negate deuotōis
est.cū qn̄ꝗ vehementius ꝛ studiosius
querit̃ .ꝗ querenda est.q꞉ qn̄ꝗ ex im
petuoso cordis conatu libertas mentis
obstruitur.dū quasi ꝑ violentiam ꝛ ex
torsionē accelerat affcm̄ deuotōis exꝓ
mere. ꝛ si nō iuxta desiderium cordis
statim potest elicere gratiā quesitā cō/
tristatur. ꝛ amplius ex hoc induraẗ et
quo impetuosius se cupit ad deuotōem
cogere minus ꝓficit ꝛ ampliꝰ arescit
sic qui botros in torculari ꝛ oliuas in
pilo subito ꝛ nimis vehementer cōpri
mit.liquor magis turbidus ꝛ īsipidꝰ
fluit ꝗ si paulatim ꝛ moderatius con
pressisset.quo em̄ liberior eo pinguior
deuotōis affectus.Ideo alio tpe sepi/
us deuotior. q꞉ tunc spūs sue libertati
relictus sponte se eleuat ī sublime. vi
olenta nāꝗ acceleratio ꝓuocat spūm
sicut in corpore morosa respiratio cor
dis refrigeratō est.Quinta rō esse po
test meritū maioris gratie ꝛ glorie.dū
desideriū nō adīpletū affligendo pur
gat anīam ꝑ pacientiā desolatiōis q꞉
humilis sustinentia meroris quasi li/
ma reddit anīa꞉ clariorē. ꝛ magis su
sceptibilē splendoris diuini ꝛ ampli/
oris gratie ꝛ glorie capacē.lux em̄ vul
tus dei ꝛ fulgor claritatis eius oībꝫ e/
qualibꝫ supfulget.Qui a vicio obscu/
rāte liberior est ꝛ purior.magis capax
est luminis ꝛ illuminatōis desuper in
fluentis.sicut vitꝝ claꝝ vel metallū bn̄
limatū ꝛ politū radios luminis ampli
us recipit ꝛ splēdidius.q꞉ ergo afflic
tio lima est anīe.que rubiginē viciorꝝ
abradit vt deterso peccato qd̄ sua ob/
scuritate radios diuini fulgoris velut
obex ab anīa excluserat.lucē gratie re
cuperat.Purgat em̄ deus aliqn̄ deuo/
torꝝ corda ꝑ subtractōꝫ gratie ꝛ illius
ꝯsolationis.cuius carentia maxīa est
eis afflictio.vt sic purgati aptiores fi
ant habundancioris gratie recipiēdi
in pn̄ti ꝛ glorie in futuro.si tn̄ afflicti
onē hanc quā patiẗ homo ꝓpter deuo/
tōis ꝺfectū spiritalis.ꝑ culpe meritū
ꝛ negligentia ꝓpria non retraxit.

Filius

Habita informatōe de ꝟtute ora/
tōis ꝛ quibusdā aliјs.que viam
dant ad actū ꝯtemplationis. nunc de
ipsa ꝯtemplatōe cupio edoceri.

Capitulum VI Pater B

DE vita cōtem
platiua supꝑ qua informari ꝯ
sideras. primo hoc scire debes ꝙ du/
plex est vita actiua scꝫ ꝛ ꝯtemplatiua
De qua duplici vita.Beda in quadā
omel̃.sic dt̄ Actiua vita est studiosum
cristi famulū insistere iustis laboribꝫ
ꝛ prius quidē seipm̄ ab hoc seculo ī/
maculatū custodire mentē manū lig/
uā ac cetera corꝑis membra.ab omni
inquinamento culpe temptamētis cō
tinere.ac diuinis ꝑpetuo subiugare ꝯ
uicijs.Dein̄ ꝓximis in necessitatibꝫ
succurrere esurienti cibū.potū sicien/
ti.algenti vestitū ministrando.ac cete/
teris se mancipando fraterne dilectō
nis obsequijs.Contēplatiua aūt vita
est cū longo quis bone actōis exercitō
edoctus diutine orōis dulcedīe īstru
ctus crebra lacrimaꝝ ꝯpunctōe assue
factus.cunctis mundi negotijs vaca/
re ꝛ in sola dilectōe mentis oculū ītē/
dere didicerit. gaudiūꝗ eterne beati/

tudinis qđ in futuro suscepturus vita etiā in p̄nti cepit ardenter desiderando pregustare. ⁊ aliqñ etiā q̄rtū mortalibus phas est in excessu mētis sublimiter eleuari. hec beda. Ysidorus etiam đ hac duplici vita sic ait. Actiua ē que in operibꝫ iustitie ⁊ ꝓximi vtilitate versatur. Contemplatiua est. q̄ vacans ab omni negotio in sola dilectōne dei figit̄. vna in opatōe bone ꝯuersatōis. Altera in ꝯtēplatiua īmutabilis veritatis. Actiua vita mundanis rebus bn̄ vtit̄. Cōtēplatiua vero mundo renūcians soli deo viuere delectat̄ hec ysidorus. Ubi ꝯsiderandū ꝙ q̄ ad vitā ꝯtemplatiuā desiderat ꝯdescendere oportet ꝙ prius in vita actiua exerceat. qꝛ merito ad v̄tutē ꝯtemplationis sustollit̄. qui in actiua vita vtilis inuenit̄. De quo idē ysidorus sic ait. Actiua vita īnocētia est bonoꝝ opum Contemplatiua speculatio supnoꝝ illa enī cōis multoꝝ. ista vero paucoꝝ Actiua vita rebus mundanis bn̄ vtit̄ Contemplatiua vero mundo renuncians soli deo viuere delectat̄. Qui priꝰ in actiua vita ꝓficit ad ꝯtemplationē bene ꝯscendit. Merito enim in ista sustollit̄. qui in illa vtilis īuenit̄. In ista enī prius ꝑ exercitiū boni opis cūcta exhaurienda sunt vitia. vt illā iā pura mentis acie ad ꝯtemplandū deū quisq̄ pertranseat. Et licet ꝯuersus statī ad ꝯuersionē al's ad ꝯtemplationē cōscendere cupiat. tn̄ rōe cogitur vt prius in actiue vite opatōe verset̄. hec ysidorus. ¶ Et notandū ꝓut dicit beatus grē. ꝙ sine ꝯtēplatiua vita possunt intrare hoīes ad celestē patriā. q̄ bona que possunt opari nō negligunt sine actiua aūt vita intrare nō possunt si negligunt opari bona que possunt. Et tn̄ ꝯtemplatiua vita maior ē merito q̄ actiua. qꝛ actiua in vsuꝫ p̄ntis temporis laborat. Contemplatiua v̄o sapore intimo iam venturā requiē degustat. ꝙ v̄o ꝯtemplatiua vita maior sit merito q̄ actiua sacris euangelij verbis ostendit̄. in quo mulieres diuerse egisse memorantur. Maria quippe v̄ba redēptoris nr̄i audiens ad pedes illius residebat. Martha aūt corporalibꝫ ministerijs insistebat. Cūq̄ cōtra marie ociū martha ꝯquereret̄ audiuit Martha martha sollicita es ⁊ turbaris erga plīma. Quid enī ꝑ mariam que verbū dn̄i residēs audiebat nisi cōtemplatiua vita exprimit̄. Quid per marthā exterioribꝫ obsequijs occupatā. nisi actiua designat̄ vita. Sed marthe cura non reprehendit̄. Marie vero laudatur. quia magna sunt actiue vite merita. sed ꝯtēplatiue potiora. Unde nec auferri vnq̄ marie ps đr. quia actiue vite opa cū corpe trāseunt Contēplatiue vero vite gaudia melius ex fine ꝯualescunt. Qđ bn̄ ⁊ breuiter ezechiel ꝓpheta exp̄mit cū volātia aīalia ꝯtēplatus ait. Similitudo manꝰ hominis sub pennis eoꝝ erat. Quid enī ꝑ pennas aīaliū nisi ꝯtemplatōes possumus sentire sanctoꝝ. quibꝫ ad summa transuolant ⁊ terrena deserentes sese ī celestibꝫ librant. quid ꝑ manus nisi opatōes accipimus. Quia cum ī ꝓximoꝝ amore se dilatant. bona que preualēt etiaꝫ corporalit̄ administrāt Sed manus eoꝝ sub pennis eoꝝ sunt. qꝛ actōis sue opa virtute ꝯtemplatōis vincūt. hec grē ¶ Sed et hoc notandū ꝙ nō omnibus vita actiua nec etiā contemplatiua eque expedit quoniā multi ita quietas mentes habent. qui si laboribꝫ ⁊ occupatiōibꝫ exterioribꝫ īplicantur in suis actionibus succumbant. Sic ecōuerso mlti sunt ita īquieti vt si eos vacare ꝯtigerit grauius laborant. Ergo quietis cordibꝫ vi

ta ɔtemplatiua expedit inquietis vo mentibus ɔuenit vita actiua. De hoc dt beatus gre. in li. vi. mora. valde in/ ter se diuerse sunt ɔpersiões aĩoꝝ. nõ nulli nanqꝫ ita ociose mentis sunt. vt si eos labor occupatõis excipiat. in ip sa opis inchoatõe succumbãt. Et sunt nõnulli ita inquiete mentis. vt si oc/ cupatõꝫ laboris nõ habuerunt. grauí/ us laborant qꝛ tãto deteriores cordis tumultus tolerant. q̃to eis licencius ad cogitatões vacat. Vñ necesse ẽ vt nec quieta mens ad exercitationem se ĩmoderati opis nec dilatet nec inqui eta ad studiũ ɔtemplatõis angustet. se pe em̃ qui ɔtemplari deũ quiete pote/ rant occupatõib ĩpressi ceciderũt. et sepe qui occupati bene hũanis vsibus viuerent. gladio sue quietis extincti sunt. hec gregorius Filius

Scire etiã vellẽ quid est quod im pedit vitam ɔtemplatiuam.

Capitulum VII Pater E

De hoc scire de bes. ꝙ vitam ɔtemplatiuam maxime impedit vita ociosa. qui eniꝫ vt ait quidã ad apicem diuine ɔtem/ placõis aspicit necesse est vt se ab om/ nib peccatis ⁊ vicijs debeat elongare. oĩa terrena sub pedib ɔculcare. bõis opib se exercitare. affectũ suũ sãctis desiderijs inflãmare. crebris suspirijs euagatõꝫ mentis ad deuꝫ reuocare. et ad hanc gratiã ɔtemplatõis sp aspira re. ⁊ visitationẽ sancti spũs vehemen/ ter desiderare. ⁊ in his oĩb quousqꝫ accipiat cõtenciose laborare. hec ille. Vñ hõ deuotus ɔtemplatõi insistens sola celestia meditatur. separaẗ a terre/ nis. a turba carnaliũ cogitationũ elõ gatur. dulces carnis refugit affectus. vagos sensuũ motus restringit. in do/ mino delectaẗ angelica dulcedĩe frui tur. Et ergo q̃diu sapore scelerũ pmi tur. illã inestimabilẽ iocunditatẽ cele stiũ nec desiderare nec gustare poterit ineternũ. Oportet nãqꝫ ꝑm dictũ cas/ siãi oẽs sensus velari. carnẽ macerari ɔsciam turbari añqꝫ aĩa celestia vale at meditari. ac dei dulcedĩe oblectari nec solũ ab illicitis veꝝ etiã a necessa/ rijs nõnũqꝫ cura carnis est postponen/ da vt humanus affectus eo liberius ce lestia possit ɔtẽplari. Nã, put dt beat᷒ Richar. de sancto victo. nũqꝫ huma/ nus affectus ad eternitatis desideriũ pfecte ĩflãmaẗ. nũqꝫ hũan᷒ intellect᷒ ad eternoꝝ ɔtemplationẽ plene acui/ tur. nisi carnis cura in reb etiã licitis multũqꝫ necessarijs frequenter fortiẗ qꝫ repellaẗ. hec richa. F Beatus etiã bern̄. quedã enumerat que mũdi/ ciã cordis efficere solent. ita dicens. Ad veꝝ lumen ɔtemplandum que ocu los mentis emundant. vt ad lumẽ ve rũ subleuari possint. sunt hec secl'aris vite abscõsio. carnal' afflictõ. cordis ɔtritio. frequens pura delicti ɔfessio lauacbrũ fletus. ⁊ cũ foris amissa fue rit omnis imũdicia. sursũ eos attollũt meditatio admirabilis deĩ. ⁊ caste ve ritatis inspectio. orõ munda ⁊ valida iubilus laudis. ⁊ desideriũ ardens in deũ. hec bern̄. Dicit etiã hugo sup. iij. ca. angelice Jerarch. Oportet inquit ꝙ mens que deum vult ɔtemplari pri mum purgetur. postea illuminetur. et deinde perficiatur. quia nisi precede ret purgatio nõ sequeretur illumina tio. Et nisi esset illuminatio non veni ret consũmatio siue perfectio ⁊ tales magis appropinquãt diuinitati. et q̃n to magis appropinquant tãto verius cõtemplantur. hec hugo. G Et notandum ꝙ ad actum contemplatõ nis multũ valet iocũditas iterne deuo

tōīs sed illā frequenter īpedit leticia siue ꝯsolatōis tpalis delectatō. Unñ dt beatus Jero. subtrahit tibi ꝯsolatio diuina si ꝯsolatione tpanea gaudes. Dicit etiā de hoc fulgen. Dulcedinē iocunditatis interne sola reprimit dl'cedo voluptatis illicite ⁊ īmunde. naz vt dt Orosius iuste ei dulcis dei cōsolatio denegatur. qui in hūano solummodo solatio delectat. hec Orosius. Sed valde diligenda ⁊ querenda ē deuocio cordis. q2 nūq̄ pōt homo bona tpalia ꝯtemnere nisi interiora bona p gustū spūalem meruerit sentire. Et de hoc dicit rich. de sanc. vic. Nō potest ad pfectam exterioꝝ bonoꝝ fastidium ptingere. qui interioꝝ bonoꝝ dulcedinem nōdū meruit gustādo sentire. puto q ꝓpheta nisi prius gustasset q̄ suauis est dñs ⁊ q̄ magna multitudo dl'cedīs eius. Puto nisi hoc expimētuz didicisset illud ōmīno ex sentētia dicere ñ posset. Renuit ꝯsolari aīa mea hec rich. Oportet ergo vt non solum a grauioribꝫ verūetiā a leuioribꝫ peccatis abstineat. quisquis in hac pegrinatōe spūali dulcedine inebriari desiderat. Testat hoc idē rich. Nihil leuitatis in se habeat. nil caducū. nil carnale sapiat. ⁊ ad magnā maturitatis grauitatē anīm cōponat. qui esurit ⁊ sitit de petra melle saturari de torrente voluptatis in via bibere ⁊ inebriari. hec richar. ¶ Et ꝯsiderandū ſm dictū beati gre. q inter delicias cordis et corporis hoc distare solet. q corporales delitie cū nō habent graue in se desideriū accendunt. Cū vero habite edunt comedentē ꝓtinus in fastidiū p sacietatem vertunt. At contra spūales delicie cū nō habentur in fastidio sunt cuz vero habent in desiderio. Tātoq̄ a comedente amplius esurit q̄to ab esuriente amplius ꝯmedit. in illis appetitus placz. experiētia displicz. In istis aūt vilis est appetitus experientia magis placet. In illis appetitus famē prestat saturitas fastidiū generat In istis appetitus saturitatem saturitas autez appetitū parat. Augent em̄ spiritales delitie desideriū in mente dū satiāt. q2 q̄to magis eoꝝ sapor pcipit eo amplius ꝯgnoscitur qd auidius ametur. Et idcirco nō habite delicie amari nō possunt q2 eoꝝ sapor ignoratur. nullꝰ eī amare valet quod ignorat Proīde nos ps̄. ammonet dicens. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dñs. hec greg. Et sup eodē verbo ps̄. ꝓsequit quedam glosa sic dicens. Gustate. quasi dicat illud expimentum ꝓbate qm̄ suauis est dominus. Et loquitur ad modum hoīm dulcedinē vini potantiū q2 prio modicū gustant. ⁊ exinde eius dulcedīe ꝯgnita alliciunt ad amplius degustandum. Sic hoīes deuoti primo pcipientes aliquid de dulcedine. alliciunt ad amplius senciendū. Sed aī aduertendū q ꝓbantes dulcedinez vini illud modicū qd degustant sup linguam diu retinent. Sic sencientes diuinā dulcedinez dñi eā q̄ diu possunt retinere. q2 hec dulcedo est qdaz p̄ludiū beatitudīs future. nā talis p̄gustatio diuine dulcedinis auget spez beatitudīs future. ⁊ talibꝫ ex eo q senciūt in se diuinā pñciā sufficit eis ꝓ omni bono ymmo oīa alia bona eis desipiunt nisi q̄tū necessitas exigit. hec glo. Quibꝫ o dulcedinem diuine gratie degustant hi frequenter in dño gaudent quia eorū gaudium ipe deus est. De hoc beatus Augusti. in libro confessionū sic ait. Absit vt quocūq̄ gaudio beatū me putet. Est em̄ qd non datur ī pijs. sed eis qui te gratis colunt quoꝝ gaudium tu ipse es ⁊ ipsa est beata vita gaudere ad te de te propter te ipsa

ē ⁊ nō altera. Beata quippe vita ē gau
diū de veritate. hoc est gaudiū de te qui
es veritas vera vita es deus meus. Tu
dulce lumen. verū bonū ⁊ securitas.
suavitas salus aīe mee. Querebā eī
sine offensione iocūdari ⁊ ubi hoc pos-
sem nō inveni preter te dn̄e. hec augu.
Hoc est verꝫ gaudiū vicꝫ in dn̄o gaude
re. Ad qđ hortat apl's dicens. Gau
dete in dn̄o. Leticia vero seculi, put dr
Beatus augu. quid est nisi ipunita ne
quitia. Luxuriari. inebriari. ꝯmessati
onibus vacare. vanitatibꝫ intendere.
⁊ p his nil in hac vita sustinere securi
tas est. Putant enī securos se mali in
delitijs. cū nō corrigūt ⁊ ignorant qꝛ
nil infelici⁹ felicitate peccantiū. Unđ
fm beatū berū. Ridere ⁊ gaudere cum
hoc seculo nō est hoīs sensati. sed fre-
netici. qꝛ mundū cor nō cū hoc seculo
sed cū deo iocundū est ⁊ letū. nā illud
solum verꝫ ē gaudiū qđ nō de creatura
sed de creatore qui omnes res ꝯdidit
ꝯcipit ⁊ habet. De hoc idē beatus ber
nar. sic ait Illud revera verum est gau
dium ⁊ solū qđ nō de creatura sed de
creatore ꝯcipit qđ cum conceperis et
possederis nemo tollet a te. cui ꝯpata
omnis aliunde iocūditas meror est. et
oīs suavitas dolor ⁊ omne dulce ama
rū ⁊ omne decorꝫ fedū est. ⁊ omne aliđ
qđ delectari possit molestū. hec berū.
Bonū est ḡ gaudere in dn̄o. qꝛ ipe sol⁹
est qui cor hoīs saciare pōt ⁊ nō crea-
tura alia teste Hugone q̄ sic ait. Om
nis iocunditas. omnis suavitas. oīs
opulētia. omnis creatura afficere cor
humanū possunt. saciare nō possunt.
hec hugo. Et qꝛ sine deo esse nō possu-
mus necesse est vt illi p fidem ⁊ dilec-
tionē inhereamus. ac in ipo gaudea-
m⁹. vt eū nobiscū sp̄ habere valeam⁹
Nam put dicit augu. Magna homi-
nis miseria est cū illo nō esse. sine quo
non potest esse. in quo enī est, pculdu-
bio sine illo non est. ⁊ tamen si ei⁹ nō
meminit eumqꝫ nō intelligit. nec di-
ligit cum illo non est. hec Augustin⁹.

Filius

Scire etiaꝫ affecto. que sunt illa.
que ꝑparāt mentē hoīs ad divi-
norum ꝯtemplationē. Et super hoc a
te pater cupio edoceri.

Capitulū VIII Pater I

AD contempla
cionem divinorꝫ sex sunt ꝑpa
rancia. Primū est exercitatio in opi-
bus vite active. qꝛ nō potest ad dī cōtē
plationē aliquis ꝑvenire nisi ī bonis
operibus prius se studuerit exercere.
Unī dr ysidorus Nō ꝑdest facere bo-
num nisi correctū fuerit maluꝫ. nec po
test quisqꝫ ad ꝯtemplationem ꝓfice
re. nisi se studuerit prius in bonis acti
bus exercere. hec ysidorus. Et beatus
grego. vi. moralium. Prius mens ab
appetitu glorie tēporalis. atqꝫ ab omī
carnalis ꝯcupiscentie delectatiōe ter
genda est. ⁊ tunc ad aciem ꝯtemplaci
onis erigenda. Qui igitur perfectōis
culmen apprehendere nituntur. cū con
templationis arcem tenere desiderāt
prius se in campo opis ꝑ exercitium
probent vt solicite sciant. si nulla iam
mala proximis irrogant. si irrogata a
ꝓximis equanimiter portant. si obiec
tis bōis tpalibꝫ neqꝫ mēs leticia sol
uit. si subtractis nō nimio merore sau
ciatur ⁊ deinde perpendant si cū ad
seipsos introrsus redeunt in eo qꝫ spi
ritalia rimātur nequaqꝫ secū rerū cor
poraliuꝫ umbras trahunt. vel fortasse
tractas manu discretionis abigunt. si
ī circūscriptū lumē videre cupiētes cū
ctas circūscriptōis sue ymagines dep
māt ⁊ p eo qꝫ supna ptīgere appetūt v

cant quod sunt vir quippe ꝑfectus pri
us arte vite opa ꝯgregat ⁊ postmoduꝫ
carnis sensum ꝑ ꝯtemplationē mortu
um huic mundo funditus occultat.
hec gre. K Secūdū qđ disponit
ad gratiā ꝯtēplatiōis est solitudo siue
vita solitaria que apta est ad speculan
dū siue ꝯtemplandū. Vñ dr Osee. ij.
ca. Ducā eam in solitudinē ⁊ loquar
ad cor eius. ps etiā videns non posse
vacari orōi in turba, iō dicit Elonga
ui fugiens ⁊ mansi in solitudine. Ad
hanc vitā solitariā sequendam. Bea-
tus bern̄. vnāquāqꝫ deuotaꝫ aīaꝫ hor
taẗ ita dicēs. O sancta aīa sola esto
vt soli creatori oīm seruias teipsam
quē ex omnibꝫ tibi elegisti publicū fu
ge Fuge ⁊ ipos domesticos. secede ab
amicis. an nescis verecundū te habe
re sponsum. qui nequaqꝫ suā tibi idul
gere poterit p̄n̄ciā presentibꝫ ceteris.
hec Bern̄. Oportet igiẗ qui desiderat
vacare deo. vt turbas hoīm fugiat. et
curas seu occupationes terrenas abi-
ciat. vt eo liberius possit mente ꝯtēpla
tioni insistere. Ad qđ faciendū mouet
Anselmus cū sic ait. Eya nunc homū
cio fuge paululū occupatōes tuas ab
sconde occupatōes tuas. absconde de
te modicum a cogitatōibꝫ tuis. abice
nunc onerosas curas vaca aliquātulū
deo tuo ⁊ requiesce aliquātulū i eo. fu
ge occupatōes opanciū in hoīe exteri
ore. abice curas tōis. postpone dissen
siōes voluntatis vt possis aliquantulū
vacare mente deo. vaca igiẗ vt videas
vide intellectū vt cōcupiscas affectu.
hec Ansel. L Tertiū qđ ꝓmouet
ad gratiā ꝯtemplatōis est mentis hūi
litas. Nam cordis hūilitas libenter a
spū sancto inhabitaẗ ⁊ iō ꝑ p̄n̄ciā su-
am mētes hoīꝫ q̄s visitat erigit ad di-
uina ꝯtemplāda. Vñ ipe dn̄s ait. Cō
fiteor tibi dn̄e pr̄. q2 abscondisti hec a
sapientibꝫ ⁊ prudētibꝫ ⁊ reuelasti ea
ꝑuulis. Per sapientes eñ ⁊ pruden-
tes intelliguntur superbi. per ꝑuulos
vero humiles. quibꝫ dn̄s ꝑ suā grām
ṙuelat ea q̄ sunt spūalia ⁊ ad actū ꝯtē
plationis ꝑtinencia. De hoc bea. bern̄.
sic dr. Supbo oculo deus nō videtur
sincero patet. Absconditur eñ a sapi-
entibꝫ ⁊ prudentibus. ⁊ reuelatur ꝑ-
uulis. Magna fratres gratis ⁊ subli-
mis virtus hūilitatis que ꝓmereẗ qđ
nō docetur. digna adipisci qđ non va
let addisci digna a verbo ⁊ đ verbo cō
cipere. quod suis ipsa verbis nō potest
